

BIBLIOTEKA

Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XVII

5364

17

18

A. M. D. G.

COMMENTARIUS B E L L I

Aduersum Turcas ad Vien-
nam, & in Hungaria. 1683.

Anno CH: M. DC. LXXXIII.

G E S T I

Ductu & auspicijs

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
IOANNIS III.

REGIS POLONIARVM
MAG: DVC: LITHVANIAE, &c. &c. &c.

SCRIPTORE

VESPASIANO à Kochow KOCHOWSKI

S. R. M. Cubiculario Aulico, ac Historiographo.

C R A C O V I A E,

In Officina ALBERTI GORECKI, S.R.M. Typogr.

7.449

Anno Dñi 1684.



XVII - 5364 - II

SERENISSIMO DOMINO,
D. IACOBO
DE I GRATIA
POLO NIARVM
libro Quinto Actis & Retractis
MAGNI DVCATVS LITHVANIAE
&c. &c. &c.
P R I N C I P I.

BElla recentia, & in ijs Heroum acta præ-
senti sæculo tradere, Serenissime PRIN-
CEPS, res ut antiquis non insolita; ita
scriptoribus maximè ardua fuit. Nam,
ut magnas virtutes in hac Orbis scæna expedit non
sileri, quæ ex recenti agentium prototypo, quo ma-
turius eò sinceriùs ad imaginem ducuntur: ita mul-
tum præclare factis detrahit obliuio, ac præter sequiùs
narrata, etiam longa ætas quandoq; imminuit, debi-
tum Heroibus stipendum, ex merito ad posteritatem
memorari. Rursus ingens scriptoribus difficultas
exinde, dum Historia, cuius iudicia cum temporum
perennitate cōspirant, virtutibus præconia tribuit, aut

ritijs ex condigno irascitur; mox iniecto detrahendi
aut assentandi prætextu, in crimen læsæ veritatis vo-
cetur. Usque adeo verum, cunctis posthumam memo-
riam curæ esse, & optimū quemq; studio gloriæ duci;
si modo ut laudari omnes appetunt, etiam per lauda-
bilium facinorum gradus, ad immortalitatem nominis
aspirarent. Ast dum abruptum virtutis iter, decurrere
abhorrent multi, etiam perennis famæ dispendium fe-
cere; vnde enata in hoc virtutis vitiorumq; cert
sæculi labes, ut si palmam meritis tribuit, vapulat scri-
ptor, nec nisi veritatem xylico iuuoluat placiturus.

Etiam ego Serenissime PRINCEPS, nupera ex-
peditione res feliciter contra Ottomannū gestas com-
ponere aggressus, haud vano percellor metu, ne dum
intra confinia veri meteneo, ad eius quæ etiam in Se
ipsam mordax est, scopulos allidar malignitatis. Ar-
duum quippe placere cunctis, omnibus satisfacere im-
possibile, præsertim ubi infestus virtutibus liuor, &
alienam gloriam pleriq; in sui diminutionem accipi-
unt. Quid ergo facerem? in ea studendi publico, &
metuendi priuato affectuum pugna? Id sane, quod
prouidæ aduersum fascinum matres, teneræ proli so-
lent. Nomen Tuum Principum Nobilissime, æque
popularibus ac exteris æstimatum, huic opellæ amu-
leti loco præfixi, ut ita sub Clydeo Tuo velut Palladis
Æoide.

Ægide, aduersus Aristarchos securior, in Patriam nostram, imo vniuersam Christianitatem, prolixius mihi liceret esse officiosum.

Hunc itaq; Commentarium, certe ab argumento insigne munus, augusto nomini Tuo PRINCEPS Serenissime inscribo, & quæ veterum formula nuncupandi fuit, libens merito dono, dedicoque. Dicerem
sane Diaphanum à me offerri Tibi (nisi conscientia
tenacitatis retentaret) in quo Optimi Parentis magna-
nimitatem in bello, prudentiam in consilijs, vigorem
ageundi, promptitudinem exequendi recognosceres;
~~ed~~ vidisti ista præsens, imo pars magna gestorum
fueristi, cum vixdū deposita prætexta sago induubaris,
eo ~~et~~ tatis flore armatis in pugnam legionibus Ductor,
quo coetanei Tibi PRINCIPES vix ludionū cætus
miscere docti, illecebris tantum Regum Filios agunt.
Erectæ indolis vigore antegressus annos, præuenisti
ætatem meritis, quibus ut Rempublicam Christianam
ad amorem Tui; ita ad admirationem, æternitatem
temporum obstrinxisti. Nulla insignis molli è lecto
prodit virtus, & qui altissima Europæ in scæna specta-
ri cupiunt, iij per abrupta & ardua, ad immortalitatis
arcem ut enitantur necesse. Etiam Te non pro Regiæ
fortunæ more, sed ex auita domus bellatricis discipli-
na, exerceri fas erat: cum non molliendis Imperi-
curis

curis tecum ludere in recellu; sed in Orbis Itheatro,
contra hæreditarium Christiani nominis hostem,
REX Parens, adstitem sibi esse voluerit. Hoc vere
est ad coronam erudiri, & agonem hunc athleticum
per Regiæ armorum voluptatis decurrere exercitia.

Nec minus insigne PRINCEPS Serenissime,
quod non sine Numinis instinctu factum crediderim,
vt in ea adolesceres tempora, quando gens publicæ
mortalium paci infesta, vltro Christianas lacestens
gentes, suum ipsius fatum prouocat; & vniuersalem
Orbis spe deuorat Monarchiam, vt proprium, ex m-
pinis gentium conflatum, pessūdet imperium. Ajunt
vniones inter fluctus enasci; etiam Tibi inter discri-
minum procellas, Regiæ indolis excellentia proban-
da erat; quod si Aquilas nidum in arduis ponere con-
stat, posuisti sublimiter, non de gener Sarmaticæ alitis
pullus, nupero Viennensi contra ferocissimos Bar-
barorum prælio; quo Te insitus animi vigor, quo ma-
iorum exempla, haud parce sanguinem pro Christia-
nitate fundentium, quo deniq; Magnanimi Parentis
infraestū animi robur, vocabat. Æmulatus heroicum
periculorum contemptum, ad Victoriam indefesso
studio cooperabaris, quam tamen non vt illicium elationis,
sed accipis vt necessitatem imitandi.

Eximiæ hæ laudes Tuæ, & veræ sunt, eas tamen
proli-

prolixius narrari, sublimis ille animus, & ingenua
probi oris moderatio, ita admittit; ut satius Numini
adscribi, aut saltem differi malit, donec confecto cum
Ottomannis bello, solida pace aut consummatâ Vi-
ctoriâ dabitur gloriari. Hic erit veræ Triumphus
gloriæ, bella Domini pro Christianitate præliari;
~~Principes~~ eos tantum stringere ferrum, qui omnis Diuini
humaniq; Iuris oblii, non aliud posse volunt, nisi
quod velle non debent. Turcam intelligo, iuratum
Crucifixi hostem, Apocalypticam Bestiam, sanguine-
uentum Fidelium Draconem, Antichristi satelli-
tem, in quem tamen ab Aquilone omne malum euol-
uendum, dum prudentes censem, ne ipsi quidem
~~bardi~~ ex Alcorano suo inficiantur. Iam cum Deo
bono, prima non improsperè fracta glacies est; euul-
gato grandi illo arcano, *Magna Imperia facilius concuti*
quam aggredi: reliqua ut ad eum modum eueniant,
tribuat Ter MAXIMVS ille, qui Optimum R E-
G E M nostrum iam nunc superbæ gentis flagellum,
& acerrimum Populi sui vindicem esse voluerit.

Tu modo PRINCEPS Serenissime, ex amænis
Musarum hortis, ad decurrentum militaris gloriæ sta-
dium transgressus, dum totus in martia opera ferues,
literas interim præcones Vestri Nominis, & ad im-
mortalitatem sequestras, non dedignâre. Imo ijscum

arctum fædus ineundum est; vt sicut illæ sub armorum
patrocinio pulchrius vigent; ita literarum beneficio
ad seros nepotes Heroici actus, victuro per sæcula sty-
lo, transmittantur. Dum vero edecumatae aliorum lu-
cubrations, nouennium suum expectant, ausus ego
non aliter in lucem me dare, nisi prius Te exorato, vt
quali quali opellæ meæ, publici fauoris viam, Regiâ
Humanitate aperires. Donec maturescunt cum plena
victoria lauri & adoreæ, à decoris quibuscunq; inge-
nij tibi aptandæ; ne sperne has à me violas, cur en-
tis modo veris primitias, quæ licet si præcocitate sua
exiles, nouitate tamen & offerendi prædictitudine cre-
do placebunt. Interim vale P R I N C E P S Serenis-
sime, æternum gentis Sarmaticæ sidus: Det tibi im-
mortalis D E V S ætatem quam mereris, augeat ani-
mum quem possides, stabilem deniq; Fortunam in
proterendam Orientis hydram largiatur. Hoc præ-
cor cælitùs, hoc voueo animitùs.

Sacra Regia Serenitatis Vestra

Eternum manceps & nunquam non serius

VESPASIANVS à KOCHOW KOCHOWSKI
Eques Polonus.

A. M. D. G.

B R E V I S
C O M M E N T A R I V S
B E L L I

Aduersum Turcas ad Vien-
nam, & in Hungaria.

Anno CH: M. DC. LXXXIII.
G E S T I

Pleniori Historiae recens præmissus:

I quæ eius, cui par nihil, nihil & secundum ter-
ratum inquam Dominae Romæ, in triumphorum so-
lennibus, magnificenter fuit; etiam Seren: IOANNI
III. Poloniarum Regi aliquot prælijs concussa Porta
Ottomanica Victori, de vniuersali muudi tyranno triumphare
collibuisse; non superuacuæ aut insolentes curæ forent eiusmodi,
imo diutina expectatione anxiOrbi, non ingratū dedissemus spe-
ctaculum. Quid enim attrita mutuis cladibus Christianitas eni-
xiore studio? quid oppressæ tot gentes flagratiore voto? quid im-
minens seruitium perosa Europa, maiore desiderio concupiscere
poterat, quam ut Archiprædo regnum, & inexpibile spoliorum

A.

Orbis

Orbis receptaculum *Turca*, funestum quod tribus retro sacerulis or-
 fuis est proscenium, diuersa tandem & magis rebus nostris propi-
 tia, finiret Catastrophe. Sed quis ille celebris scænæ Strategus, qui
 periclitantem cum fidei Christianæ misterijs onerariam, ex inelu-
 etabili ethnicarum vndarum eluuiione exportabit? Quis Regum
 Principumq; ne patria sacra titusque; ne fides Apostolica, ne
 Crucis gloria obliteretur, animo & robore Heros, Barbaris obstar-
 ausus. Cogitur in densas nubes orientis hemispherium, coruscat,
 torat; Marie Ottomannico in innocuam Christianitatem fulmina
 vibrante. Hem? quam optaremus nunc, rediuuum è Bullionao
 cinere Phænicem, aut qui alij Herōes respersam DEI HOMINIS San-
 puine terram, vindicauere: Iam nunc simili voto & ausu ~~conspira-~~
 rarent, quominus in servitutem abstracti fideles, profana. ~~Alta-~~
 pia, excisa Regna ac Provinciæ, & quas demum oppresi ~~pandas~~
Turcis expendimus, huic mediastinorum feci eriperentur. *Tibi*
 hanc immortalis argumenti scænam cælum detulit, REX *Maxi-*
me, quæ ingenioso drammate, nobile merebatur in oculis, totius
 mundi spectaculum; nisi virtus & moderatio Tua, narrat magis
 ex vero, quam exhiberi ex ingenio, seriem gestorum suorum man-
 dasset. Quippe fucatis non eges laudibus, verorum Tibi conscius
 decorum; & describere hæc tantum iussisti, non ut Tuarum ~~au-~~
 dum cumulo, sed Christianitatis accederent solatio. Itaq; mune-
 re incitatus meo, sacerimi belli pro gloria Crucis, & Germanici
 Imperij salute gesti, exhibebo seriem: vt rara Coronatorum ca-
 pitum felicitate, Cæsari Rex congressus: Imperij Principes, gen-
 tium Duces, Manus, Arma, Exercitus consociârint; quibus auxi-
 lijs Flauiana obsidione liberata, quibus prælijs, qua clade *Turca*
 affectus, ingenuè & brevibus more meo exponam. Condiet in-
 terim festinatum scriptum materiæ dignitas; aut quod magis spe-
 ro, prætium veritas conciliabit; cui illæſæ nec cuiusquam studio,
 aut odio infractæ, tot bello presentes testabuntur.

Gens Turcarum, exilibus initijs vt fermè potiores Orbis Mo-
 narchiæ, amplitudinem debet; originem stirpis ad Ismaelem
 Abraham ex Agar genitum referendo; cuius in Saracenos & Scy-
 thas,

thas, dehinc in Arabes & Mauros diffusa progenies, tandem & Turcas deriuato germine produxit. Nec absurdè tanti Patrii stemmate gloriari, credete fas; vel ex ipsa Vaticinantis Angeli voce, qui vernæ illi futurum prædixerat, *Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, & è regione fratrum figet tabernacula.* Dogmata fidei ritusq; à Machomere Pseudo propheta traditæ tenent; vim & nomen Regium primus Ottomannus usurpauit, transmisitq; ad posteros tanquam legitimum decus, quoad crescente per armorum successum potentia, Machometes II. euerso Orientis Imperio, titulum Cæsar isibi arrogauerit. In immensum de hinc prouecta dominatio, quam non veteres Regnorum termini, non iura pacis, aut fœderum leges, cohæbente, more diluuij cuncta inundantem. Patum erat, duas Imperiorum Sedes, Constantinopolim & Trapezuntem subiugasse; post Asiam, Mace-
doniam, Epirum, Peloponesum, Syriam, Mezopotamiam sub-
actas; Memphis captam, edomitam Babylonem, concussam
Persidem, &c. supererat auaro Solymanni appetitui Hungaria,
quam nimium cuperet. Nam possesso Regnorum febris natu-
ram habet, sicuti rapiendi accedit, non extinguit. In istam, cun-
cta mutuis dissidijs inter Christianos fessa conspicatus, arma vertit
Solymannus; veteri Ottomannidarum seu arte, seu instituto, di-
scordantes Principes alterum tuando, utrosq; opprimere. Sic
Paleologorum rixa Bizantium perijt; Trapezuntum eversum,
Bosnæ ac Bulgariæ Regna in seissa; deniq; impositum Hungariæ ca-
pistrum, ubi Isabella Regina pro filio, Austraci pro se nituntur;
Solymannus suscepit pueri Regis tutelâ, cohæredem se ex auxilia-
tore fecit. Sed haec claris scriptoribus memorata, celebris præter
alios facundia Iouio: mihi in arcto talium vis, ideoq; iterare fru-
straneus labor fuerit. Ad præsentia venio:

Nec ab instituto, nec ab animo maiorum degener Machome-
tes IV. Imbrahimo ac Cerkiessia è Colchide Matre genitus, post-
quam habenis Imperij illius sexdecennis, anno Ch: 1649. admo-
tus, confessim odium & arma in Christianos acuere cœpit. Eminen-
bat in illo, præter ferociam stirpi congenitam, indoles vehemen-

tor, animus cæptis insistens, seuerus, abditus, multa largiti, plura rapere, ac ut in strenuos sine commendatione pronus, ita in ignauos ferox & indeprecabilis. Is adhuc dum puer, editis in lucem Arabico idiomatice versibus, omnes diras in Christianos effutiens, nihil ijs à se amicum sperari monstrauit; Veneto bello exasperatus, quod tunc Ottomannis minus prosperè succedebat. Vbi rerum potitus, ne non inanes minas iaceret, Vatadynum in Hungaria non postremi nominis urbem, Anno Ch. 1660. vi cœpit. Dein Polonis, Moschico bello distentis, vtramq; Borystenis ripam, quā in Euxinum euoluitur, Anno Ch: 1661., erectis arcibus sibi vendicavit. Præclusurus in Pontum Cosacis iter, verius occulto Polonorum metu, quos graues quandoq; Turcis fore, ex peritis legiis Machometanæ didicerat. Post breve respitum, iterum in Hungariam versus, apud Nouas Arces, Germanis Neihause, dietas, ancipiti commissio prælio, illud limitis Cæsarei propugnaculum, Anno Ch: 1663. violentus possessor infedit. Mox ocellum mundi Venetias, scopum destinavit odij sui, inuasâ Candia, expugnatâ Caneâ, ac terrefactâ incredibili armorū apparatu, inclita Republica illa. His elatus successibus in Polonos mouet, nulla causa ne prætextu quidem; vbi bellum à Cameneci captura orsus, irrito Leopolis obsidio, suscepitam Anno Ch: 1672. expeditionem, non pro spe soa terminauit. Sed interrumpunt continuum prosperorum cursum Poloni, XL. Turcarum Millibus, apud Chocimum Valachia, cum Husseim Bassa profligatis. Mox idem ille Sereniss: IOANNES III. Electus Rex, non prius diadema sibi imponi passus, quam Szaitan Bassum cum LX. Millibus, in viscera Poloniae properanti, pectus Regium obiecisset. Ergo iterum ferro ac fortunæ salus Poloniae committi debuit; iterum animosus Rex collatis apud Zutanno signis dimicat, hostem acie, vallo, Castris distinet, quoad pars Exercitus adhuc circa Leopolim hærens, in decretorium certamen ^{rebus} adesset. Sed Turca condicta pace ex arena prior abiit, gloriabundus & ouans, nullo suo damno ab illa digredi gente, quam armis insuperabilem veteranus Dux iudicauit. Sed abitui Barbarorum traditione Podoliae gratificari necessum

cessum fuit, propter conseruationem vniuersi : cessitq; melis ac latis stilicidio scatens Provincia Anno Chr: 1674. Turcis, quam augendæ iniuriae non tam recipiebant ex pacto, vt non magis invaderent ex rapto ; ultra veteres terminos dimisæ regionis extorquendo. Ne quicquam dehinc morati, vastam illam, primamq; calamitatis nostræ facem Ucrainam ingressi, materiem vincendi isthic quæsiere. Humanum natura & aite validum, piloclastris disiectum ; Czehrynia Moschico præsidio insessa, violenter expugnata : nihil intermitte Wezyro vis, doli, industria, quominus plaga illa Ottomannis subacta seruiret. Ita Turca singulos Imperij annos cladibus Christianorum signauit, eptis Provincijs titulos auxit spolijs Orientem, captiuis ergastula, probro fideles repleuit. Ac continuato successu felicitatis superbis, qd vniuersalem mundi Monarchiam animum adiecit. Viam grandibus meditamentis aperiebat Hungaria, in vestibulo Christianitatis sita, ac quæ tunc internis agitata dissidijs, promptum sed iniquum rebus Christianorum arbitrum, in auxilium vocaret. De qua dudum & nunc Christiani sanguinis Euripo, est vt aliquid altius edisieram.

Hungaria antiquitus Pannonia, ab Oriente Dacie contermina, ab occidente Austriam habet ; à septentrione protenso tractu Poloniæ compositam, Alpes Carpatiæ altissimis montium iugis distinguunt. Nobile eius terræ Clima, cælum mite, salubris aer, solum fertile, quod alicubi in viniferos colles, alibi in feracem omnigenæ frugis planiciem porrigitur. Situs amœnitate ac rerum abundantia, (quippe aurum aliaq; metallæ gignit) prope ad terram promissionis accedit; vnde haud mirum, tam fertilis glebae portionem, à rapaci gente audè peti ; à Christianis & quibus legitimum eius dominium constanter vindicari. Incolæ robore præstant, equestribus prælijs meliores, neq; pedestri militia destituantur. Sed ex fide lubrica genti nævus, & instabili aduersus dominantes obsequio, præcipue Austriacos, in quos post extinctum Jagellonidarum Regum sanguinem, Hungariæ Sceptræ cesere. Auorum memoriâ Moses Siculus, Bethlenus, Botseius, tum alijs, Regibus suis perduelles, recenti perfidia Emerico Theoloci,

kicoli, se popularesq; suos temerante. Is Stephano in Kieznark
 & Schewnitz Comite genitus, in ea puer incidit tempora, quan-
 do Zrinus, Nadasdus, Frangipanes, Tefenbachius, aduersus Re-
 gem suum eumq; Cæsarem perduellionis rei, publico suppicio
 Viennæ poenæ luerunt. Eiusdem criminis complex Stephanus
 Tokolius, sed quem mors opportuna poenæ exemit; Emerico in-
 terim apud Transyluanum, deniq; inter ipsa gliscens seditionis
 capita latitante. Sic paucorum poena tranquillas aliquantum
 Hungariae res effecit, sed quiete haud durabili; vt ferè metus non
 diuturni est magister officij. Siquidem iterum versis in seditione
 nem animis, quidquid per superiorum Pannoniam Caluiniani do-
 gmatis Procerum, omnes adimi liberum religionis suæ exerciti-
 um, ac expelli Pastores templis, quæ dudum pro ritibus suis ha-
 buerant, incusauere: aliaq; Aulæ Edicta, pactis cum Cæsare, qua-
 tenus Rex Hungariæ è diametro pugnantia: vt fere semper reb-
 lioni, à religione primum caput & argumentum ducitur. Longa
 dehinc recapitulatione quærebantur. Quod exclusis Patriotis, regi-
 men Hungaria Germani haberent: istos politicæ administrationi pre-
 rationibus Aerarij admoueri, arcium Profecturas ac militie munia cre-
 nativos Hungaros publicè odio, priuatim contemptui in Aula Cæsaria esse.
 Cecidisse Nadasdum cum socijs, cruentam Lobkonicio Archiaulico victi-
 mam, Viros Catholicos & Cæsari fidos; vindicante mox Nemesi dolendam
 innocentium cædem, postquam author necis Imperio perfidus, fusum sanguine
 proprio eluisset. Tum intolerabile liberis, quod Patribus filias eloca-
 re, nec viduis cui velint, nubere liceat, nisi permisso & destinatione Aulæ;
 hinc ditium familiarum patrimonia in externos transcribi, ac sincerum
 germen confundigentis illius, quæ olim pro gloria Crucis, & amplitudine
 Austriaci nominis, nihil intentatum reliquerit. Restitueret Cæsar tem-
 pla, iuxta Passauensis transactionis prescriptum, tolleret gravamina Hun-
 garos prementia: quod si optimus Princeps, clementis naturæ sue, ac pa-
 catorum cum Regno initiorum immemor existat; ast se nec auit & fidei, nec pri-
 stina libertatis obliuisci posse. Talia Hungari metu ferociores, ac
 ipsa proscriptione aut bonorum confiscatione irritati. Dein re-
 stitutionem Ecclesiarum pro Catholicis, actius urgentibus Cæsa-

vis delegatis, Duce se factioni obtulit Petrosius Nobilis Hunga-
 rus & audax; sed impar cæptis in Paulum Wesselinum, familia ve-
 tere & honorata transmisit seditionæ turbæ imperium, quoad Tó-
 kolius iuuenta & fauore Hungarorum ferox, in causam aperte de-
 scendisset; fretus auxilijs Turcæ, & factionibus Christianorum.
 Iste primò & secreto iuente surgentem fortunam, consilijs, pecu-
 nijs, armis, mox Turca crebris legationibus pressatus, ac ferme
 triennio deliberans, maxime respectu Poloni Moschiique: quos
 ut supra retuli bello immeritos lacesuerat. Sed postquam istos
 arcuas domi res sarcire velle, ex Legatis ultro citroq; missis intel-
 lexerat, Tókoliūm, primo concello intraditiones Turcas rece-
 ptu, si præualerent Cæsaris arma; mox Imperij Ottomannici cli-
 entem appellatum, auxilia ei ferre decreuit. Id quippe patroci-
 nium licitabantur Hungari, xxxx. Millibus auterorum, Tributino-
 mine pendendorum, præter ingentia dona, inter Purpuratos Aulæ
 illius distributa; occasio quin etiam inuitabat, quod alio bello di-
 stertus Cæsar, Hungariam vnitis viribus defendere haud posset;
 insuper vetus Ottomannorum institutu, discordibus inter se Chri-
 stianis, suo commodo auxiliari. Igitur Cæsar ne quicquam per
 Legatos proficiens, quominus Turca fæderum memor, rebelles
 sibi Hungaros patrocinio destitueret, imo publicè decretum con-
 tra se bellum comperiens, omni conatu yim vi repellere statuit.
 Iam ille pacis causa condicto armistitio, superioris Hungariæ gu-
 bernationem, cum titulo Ducis, & partium Hungariæ Domini
 Tókoliø tribuerat; etiam Vladislai Ragocij viduam, amplissimæ
 ditionis possestrīcem, ut diuersæ religionis viro nuberet, persuasit;
 alijsq; datis aut pollicitis beneficijs in pacem trahebat, si tantis for-
 tunæ augmentis ambitio contineri potuisset: sed ille, nihil ne fas
 ducens, ruina Patriæ ac Christianitatis dispendio regium diadema
 querere institit, super promissum tributum, totius Germaniæ tradi-
 tionem Turcis pollicitus. Sibi interim, quæ publicis quæ priuatis
 literis, ascens titulum Ducis Hungarorum, pro Deo & Patria
 militantium. Sic dum nihil quod bellum moraretur occurrit,
 in communi periculo Cæsar, consilium & subsidium à Principibus
 Imperij

Imperij exquirit, qui non solius Austriae ruinâ formidolosum incendium extingui posse reputantes, vnanimiter in bellum consensere (aliquibus ob fascinum alicum hæsitantibus) prudenter & ingenuè fassi, impares tantæ moli solius Germaniaæ vires, nisi Princeps aliquis vicinus, in armorum Societatem vocaretur. Quisnam ille? Hispanus, dispersus Regnis, immaturus annis, & qui dum Mantuae Carpentanorum deliberat, Imperium perit. Gallus, inter Principes Europæos famâ fortitudinis clatus, sed Regni sui commoda infra alienam incolumentem ponens, ac Austriacæ Domus incrementis minus æquus. Anglus, longinquitate marium discretus; Danus & Suecus religione diuersi, & impares; Moschus longâ amicitia Cæsarum domui probatus, sed inter se discors, diuiso inter duos Ducis è viuis sublati filios, gentis Princeps & dominatione. Superesse Polonum Regem peritia armorum celebrem, & qui barbaricis bellis perpetua armorum palestra nutritus, tantæ moli par, nec recusaturus censeretur. Gens preterea equitatu Turcis æmula, asueta bellis, erudita discriminibus & cui conducibilius foret eripienti Vkrainam Turcæ, in alieno solo, illatam iniuriam depellere. Huc inclinauere Principes Imperij, huc & Cæsar, qui vadum tentaturus, obnuntiato impenditum discriminum Pontifice, quominus prior, Pastor Christianitatis animum Regis exploraret, solicite requisuit. Comitia interim apud nos habita Varsauia, in quibus idem Pontifex per Nuncium Sedis Opicum Palauicinum Archiepiscopum Ephesi, Cæsar per Carolum Comitem Valsteinum, in societatem armorum ac pulcherrimi operis consortiū inuitabant. Operosum id nec effectu facile quibuscumq; prudentissimis visum, etiam Rege optante magis quam sperante: ast ubi gloria calcar, necessitas animos, insuper Pontifex flagrantissimis adhortationibus stimulos addit, sensim emolliri cœpit, præconcepta impossibilitatis opinio. Nam ad propositionem eiusmodi, in Comitijs factam, speciatim ex Senatu ac Equestri Ordine Legato Cæsaris cōmissi fuere, Proceres discussi rei alioquin ingentis circumstantijs, donec Respublica de summa decerneret. Isti postquam conuenerant, diuerit in rem.

Orator.

Orator. Si operosum societatis armorum negotium, in pacato hoc confessu
verbis expediendum est, iam se ea ad ferre, quæ utilius sit audisse Polonis,
quam dixisse Germanie. Nam præterquam, quod felicior est rogante ro-
gatus, miserabilis semper condit: o eius, in cuius tergo ursas necatur.
Bellum nobis Turca infert, non ex prouocatione, aut odio gentis; sed super-
bie ac libidinis impulsu, ut quantum latifundiorum Christianitas possidet,
id omne aut hostilitate desolatum, aut rapina faciat suum. Pulsat ecce
Europa fores Hungariam, deuorat spe Austriam, Romano Imperio mini-
tatur; postquam cruentus Leo depilasset Venetos, concussisset Moscbum,
nec Polonus illaceffitos fuerit: exploratus scilicet, quæ parte debilior
Christianitas, vestibulum daret inuadenti. Proin commune periculum,
con sociatis armis propulsandum, Christianos à Christianis erigi, ing, alie-
na suam Poloni afferent incolumentem, id Augustissimum Casarem enixa
cupere: simul Imperij Principes, liberas Urbes, Status, Populos, & quid-
quid d' Austriaco nomini amicum, id reposcere votis, id flagitare desiderijs.

Quibus si annuitur, solidam ex bello pacem & gloriam; si non; con-
tra Germania, certius, ac celerius cunctis imminere exitium. Ade-
mant consuasores pro, aut contra, validis vtriusq; sententiæ au-
toribus; nam vetus est nec documenti egens, prout suadentium
ingenia, præsertim in gente libera, ita consilia publica distrahi,
aut impelli. Proferendo auxilio, ijs fermè rationibus certatum,
quales Rhetoribus ex arte sua ducuntur. Nempe. Contra her-
editarium Christiani nominis hostem, externo solo ac sumptu pugnare, non
inutile Polonia, simul & gloriosum, unanimiter inuadere eum, qui per-
petuus alieni inuasor est; cum id operetur natura, ut unita virtus sit
fortior; etiam accessu socrorum augeri famam, quæ bella constant, ac in
Barbaros terrorrem duplicari. Vnum ille facile contemnit Monarcham,
omnes timet, ne cum duobus quidem ex instituto Alcorani sui congregati
permisus. Polonia nuper grauis, iam nunc Germania minax, alias ex-
plorat, alias transmittit, nemini fidus, omnibus hostis. ecce vero Prin-
cipes Europei morantur? cum fortior habeatur, qui propulsat, quam qui
timot periculum. Prouidi in aliena domo extinguunt flamnam, quæ suis
ædibus nequaquam parsura sit. Satiū ex hoste spolijs, quam tributis sub-
ditorum, explore militem. Consummat & quin etiam prudentie opus cen-
setur,

setur, in oppressionem vicinorum insurgenti potentia, in tempore obuiare
 ire; & causa iustissima bellum suscipere ideo, quia pax aliter haberri non
 posset. Prauertere iniurias, aut eludere ictus, tuendi artes sunt; et si ne
 tuctur se quidem, qui tueri satis habet: retorque plagam, reuobra ictum,
 timeat, qui timeri vult, sentiatque dolorem vulneris autor. Quidquid de
 Germania Fata statuerint, velint, nolint Poloni: eiusdem sortis participes
 fore; Turcarum rabie, velut diluvio, perruptis obstantibus vehementiore,
 ac obuiâ inundante. Exigi quin etiam talionem, submissorum à Domo
 Austrriaca, contra Suecos auxiliorum, nunc mutuo officio redhibendum.
 Ventura fors, in manu Dei bellorum potentis manet, apud quem solum pre-
 cipuus votorum locus est, ubi spei nullus. At quatenus res presentes, in
 considerationem futuri cadunt, dum Cæsar, Imperium, Regna, & quid
 sub nomine Germania audit, bello accinguntur? quid ni & Potoni
 expedient arma? numerantque ea, qua auxiliator miles in stipendium re-
 ciperet. Contra ea multi, multa opponebant. Potiora fuere
 Poloniā nondū ex morbo sonico reualuisse, cuius instauranda sanitati
 diata opus. Enim uero altius desipit, quisquis febri languidus in are-
 nam pugil descendit, eò magis aliena, non sua causa. Triginta quatuor
 annis, irremissa bellorum lucta agitatum Regnum, tandem fors digres-
 sum Martem nūc vltro acceret? Prob dementiam! Quale Regnum?
 Opibus enerue, Provincijs lacerum, tributis exhaustum, paracbaragmate
 inuolutum, spontaneo se se discrimini injicier? Diū meliora Polonia. Neces-
 saria fatigatis quies, & bello fessis respirium. Euanida gloria ac fama
 nomina, victoria anceps, spolia incerta; entia tantum verbis magnifica,
 rerum vacua: securitas præsens, statum Regnorum firmat. Latii contra
 Suecos auxiliū officium, nè nimium iactet Austria; reuolutis annalibus re-
 pertura, prius ac sapienter id præstissime Polonos Germanis; istos vicissim re-
 talios, et si nec statim, nec gratis. Nuper verò belligerante in Polonia
 Turcā, requisiti de auxilijs vicini, illacestam quietem in alieno casu nutri-
 uere. Nullas legiones, nulla eris supplementa à quoquam accepimus:
 omnes verborum prodigi commisereri ostendebant, nemo succurrendi ala-
 cer in partes descendit, renuentibus cunctis Polono discrimini misceri.
 VLADESLAVM olim IV. INNOCENTII X. Pont: Rom: instinctu, ac re-
 quigentibus Venetis simile quid meditatum; Rempublicam tamen Polo-

nam, et si florentissimo, statu suo, bello intercessisse, in quod gerendum uni-
 versa mox Europa Vires trabebantur. Ned tantum priuatis incommo-
 dis, aut insufficientia à bello retrabi; adesse omnia, quæ absterreant, nus-
 quam prudentibus contempta Metbeora, ac cali monitus. Nam quid si
 bi vult Cometes horridus? quid sanguineus imber? fulmine tacta Crac-
 uiensis Prætorij turris? ac præter complura monstra informia, suspectus
 recursu climacterico annus. Facilis debinc conclusio, et si magnifica sint
 in bellum ex verbis illicia, Astra vetare. Hæc isti Ast destinata cælo,
 nulla ars humana inuertit; etiam tum pro bello argumenta disua-
 sione efficaciora fuere, vnamimi Ordinum consensu decretis auxi-
 lijs: præsertim vbi præscriptis societati armorum legibus, non
 prius alterutri Principum ab ea discedere fas esset, nisi ambo si-
 non bello, generali Victoria, aut perpetuâ pace imposuissent.
 Eius fæderis tabulæ, vbi inter Protectores Regnorum, à parte Au-
 gustissimi Romanorū Imper. LEOPOLDI, Pium; à parte Serenissimi
 JOANNIS Tertij Poloniarum Regis, Barberinum; Sac: Rom: Ec-
 clesiæ Cardinales confectæ sunt; mox ipse Vicarius Christi, IN-
 NOCENTIV XI. manu tenendæ societatis sponsor & arbiter, in-
 ter Cæsarem Regemq; accessit. Interea addebat pede pressim suc-
 cedenti negotio momentum fama, Moschum, eam societatem
 accessu suo cumulaturum, à quo mox affore Legatos, præmissus
 antecursor nutritianit; quod venirent tardius, ex subita hyemis re-
 solutione, impeditum per regiones longinquas iter, causatus.
 Venerant tandem isti, sed iam finitis Comitijs, Czadaouus &
 Hołozow dicti, nihil vspiam cathegoricum ferentes. Quippe
 gens natura cunctatrix, & cui nihil placere, aut displicere, nifitar-
 de potest, condicis subinde cum Turca inducijs, rebus suis ma-
 ture consulebat, quo securius primos bellū successus, haud immi-
 sta discrimini spectaret. Vbi intellecta ars, abruptum mox spe-
 cie differendi negotij, quod & ipsi volebant colloquium: ita quæ
 veris initio absolui debuit, indicta est ad Nouembrem Comissio.
 Rumorem conclusæ cum Cæsare armorum societatis, varie ex-
 cepit Polonia, internis haud libera malis, & quæ bellis attrita, ut
 iterum per bella re floresceret, pro parodoxo accipiebat: etantq;

ut in gente nouis sermonibus læta, quia ad indicatos, delectus, ac inuentutis sub signa Germanica contractionem, ad cædem rapi victimas dicerent, tanquam miserarentur.

At REX in summam intelligens, adæquatas negotio curas adhibebat. Veteranas cohortes, quibus apud Trembowla aut Buczniowo statua supplere; Equitem recens autoratum, præbitem pecunia sub signa contrahere; legiones peditum nouis delectibus augere; res armamentarij tempestiuo prouisu, aliaq; expedire iussit, quæ ad bellum molle sua grauius ac diuturnum, requirerentur. Nec tantum sub signa Regia confluebat miles, etiam Cæsareani ære Austriaco contrahere permitti, diuerso utriusque gentis militandi instituto; nisi quod tunc nostrates facilius signa Germanica sequerentur, HIERONYMO Comite LVBOMIRSKIO Curiæ Mareschalco: ac post hunc Ductoribus Turmarum Polonis, parituti.

Sub hæc Turcarum Imperator, iam ante præuisum triennio apparans bellum, cum Wezyro immensam illam Orientis potentiā expeditiebat. Aderat belli Socius Crimensium Scytharum Hanus, Transiluanæ, ac Moldauia Regulorum subsidia: Thökolius armahat rebelles Cæsari Hungaros, ut præter istos ac Vallorum additamenta, Turcarum copiæ ultra Bis Centena bellatorum millia continere credentur. Ex his octuaginta Ianczaronum, apud Candiam & alibi experimentis belli imbutus miles; Sexaginta Scytharum numerata sunt, reliquum Spahij ac Tymariotæ, præcipua Equitatûs Turcici portio: etiam Aulici Passarum comitatus, quos numerosos Imperatori gratificando, ac egestie fortes alere solent, conficiebant. Pro vasti Exercitus quantitate armamentarij requisita. Quingentæ diuersi modi machinæ, bubalis eximia proceritatis trahebantur. Camelli dorsis sarcinas, pyriosq; portabant, muli, asini, alia impedimenta; præter imperatas Vrbibus pagisque, suppelætilis castrensis subvectiones. Exercitum sequebantur, diuersorum armentoru sine numero greges, vltro offerentibus Provincialibus iuriæ rapinisq; obuiando. Permeantem Hungariam Wezyrum, mali omnis casus apud

Strigonium affixit. In arce hic valido insessa præsidio, dum male custoditur pyrius, aut clam supposito igne, horrendum incendium erupit, quo afflitti ultra quingenti mortales, tunc reconditorio pulueris propiores. idq; die quintâ Iunij. Ast damnum & præfigum pro leuibus habita, tolerabilem iacturam, futurâ & facilis Regnorum acquisitione pansaturis. Vienna in mente, Vienna in sermonibus erat, mox expugnanda; quam etsi arcum arcem non nesciret Wezyrus, pro insito tamen fastu, breui experimento portas reclusuram supponebat. Hinc fuit ut omisso Comarro, ubi firmum Cæsari in Hungaria propugnaculum, ac Possoniensi arce ne tentata, in Austria recta Danubij ripa, cum Exercitu tenderet. Haec tenus Hungariæ, iam ut suæ pepercere hostes, quam leuca Germanica supra Possonium, Danubio illatus Marca Flavia, ab Austria distinguit. Compertum fuit, non prius mandato Ottomanni, aut voluntate Wezyri designatum Viennæ obsidium, nisi prius missis Adrianopolim Thokolius nuncijs, id enim postulans impetrasset; imò & Zrynius Croata, vetere odio ac regenti perfidia famosus, Viennam infirmam fore aduersus tantam potentiam paruincens, qua parte tentanda ea, aut oppugnanda, nouis Archimedes in tabula monstrasset.

Demum Wezyrus, acceptis ab Imperatore suo obsidenda Viennæ mandatis, quidquid eiteriore Danubij ripa Austriacæ ditionis est, ferro & flamma delere præcepit: Cæsari eo modo incommodaturns, quod mox ipse fecisse doleret. Templa, aut in his altaria, ignis absumpsit; nulli ætati, nulli sexui parcitum, Viri Ludibrio, fæminæ libidini, validi in seruitutem, imbecilli ad cædem trahebantur. Eadem TransDanubianos incolas sors manebat, ausis transuadare amnem Scythis, ac Budensi Paſla pontem apud Possonium moliente. Cui ad Petemel Cæsareani oppositis signis infeliciter occurrere, præter Sexcentorum Legionariorum iacturam, Hinebergio ac Heslingero Ordinum Ductoribus cæsis. Quod ubi cognitum, simul & Viennam à Wezyro peti, Leopoldus Imperator cum Augusta Lyncium abiit, curâ defendendæ commissa Starambergo Comiti, anta bellum famâ, iam nunc merito defen-



defensæ Vrbis, non incelebri. Regimen Equitatus C A R O L O
L O T A R I N G I A Principi Cæsarlis Socero delatum, locum tenen-
tibus Saxonè Lauenburgico Duce, ac Badensi Marchione Supre-
mo militaris Consilij præside. Aderant iam tria Polonorū mil-
lia cum I O A N N E T E T W I N O Derpatensi Succameratio, stipen-
dio Cæsarlis condicta; sequente istos Maraschaleo L V B O M I R I O,
qui per obstantes rebellium Hungarorū cateruas eluctatus, sub
initium Iulij in Austria penetravit.

Vienna Austriae Vrbs primaria, quam à prænomine Flauij Ve-
spasiani, Flauianam Roma vocauit, Imperatorum quatenus Au-
striae Duces sunt, habetur sedes & hæredium. Ad hanc ob-
sidem Turcarum copias explicuit Wezyrus, die decima quarta Iuli
stylo nouo; nihil moratus, quin protensa illa suburbiorum ædi-
ficia iniesto igne, quam primum exureret, et si submænianas ad
iam ipsi possessores igne sustulissent. Arsere proin spatiisæ Do-
mus, superba Procerū Palatia, Augustales horti Bajanis aut Cam-
panis delicij famosiores, insuper Diuūm delubra; præcipue Se-
ruitarum cum Cænobio Basilica, ex sumptuosa structura basilicæ
opus. Postquam varò Vrbs, qua muris continetur in obsidium
cincta, mox erigi opera cœpere, ab ea porta, quæ brumalem occa-
sum versus Carinthiam respiciens, Fauorita dicitur. Interea duo
Hungari Germanico habitu Vrbem ingressi, in ipso incendendæ
Vrbis molimine capiuntur, & postquam in quæstionibus, à quo,
& cuius causâ missi prodiderant præuenti, capitè pœnas luere.

Quippè Vrbi Præfectus, præter Germanam constantiam, in
omania solers & vigil, nihil omittebat tuendo loco conducibile,
non peritè magis quam opportune præuidendo. Post exusta po-
meria subibat muros immensum Ianiczarorum agmen, quod apud
Turcas, pedestris militiae genus ac robur habetur. Isti defendunt,
isti oppugnant Vrbes ac fortalitia: primi in acie, acerrimi in præ-
lio, ac quorum virtute in eum amplitudinis gradum, res Otto-
mannica prouecta est. Verberata dehinc tormentis mænia, præ-
cipue è quinque stupendæ magnitudinis Carthaunis, globum cen-
tum & amplius pondo ferri, igniomo rictu iacentes. Paulò mi-

nōres Colubrinæ, aut Semicanones, præter mortaria ac pyrobo-
los, artificiosas pilas, in sublime dabant; quæ dein testis inciden-
tes, ædes Viennensium horribili ruina deformabant, ut incolæ suo-
rum ipsi domum fastigia, quæ ex scandalis essent, deiijcere de-
buerint. Neq; tantum Turcis afflatim pyrij copia, pilæ è ferro ac
globi, aliaq; artificialium ignium fomenta; sed fundendo æri,
conflandisq; machinis officinæ, ingentes folles, incudes, ahena
grandia, ttusatiles mollæ, pincendis panibus furni, metallæ omni-
gena, aliaq; quæ post in Castris illorum reperta, spe & antibus ad-
mirationem, prædam rapientibus exhibuere. Castra Wezyrus
ad radicem Montis Pisemberg fixerat; tam vasto spatio diducta;
ut à primo apud montes quadrifariam scissi Danubij brachio, ad
idem à meridionali parte fluminis diuortium, spatiosam Vrbem in
hemicyclum concluderint. Nec subsistentibus segne otium, mox
eripiendo ponte quo subter Vibem flumen sternitur, certa-
tum: repugnantibus Cæsareanis, scilicet ne intercepto traiectu,
Eadem vastitas & populatio, in trans Danubianam oram inferre-
tur. Ac iam proximiiores duos eripuerat hostis, sed ubi ad alveum
fluminis ventum, hie enim uero cruenta pugna interuenit, qua
tamen, cæsis ultra Quingentis Turcis, molem pontis Germani
retinuere: occidente Barone Gersdorffo legionis Legato,
Scholtio Tribuno, globo, per scapulam icto, ac non nullis inte-
remptis: ac nè sapius simili discrimine pro eo certandum esset,
Cæsareani pontem subiecto igne cremaueré. Dehinc Wezyrus
continuò mænia quasians, generalem suis in Vrbem assultum in-
dixit, oppugnauitq; ea ingruentium peruicacia, ut exterioribus
munitionibus superatis, ad ipsa palorum septa (Palisadus vocant)
euaderent antesignani. Ast respondit ferociæ obfessorum virtus,
reiectis enormi strage Barbaris, vix aliquo Germani militis damno;
quod vt testarentur, complura cæforum Turcarum capita, hâ-
starum summitatibus per valla suffixere. Sed nobile clarissimæ
Vrbis obsidium, quantâ periculi magnitudine cæptum, constan-
tiâ toleratum, prospero deniq; consummatum fine, hand retice-
bit

bit gens æquè armis ac literis inclyta; mihi extero nec cuiusquam famæ supparasitanti, obiter memorare sufficit.

Vbi sic Vienna constringi cœpit, obsessi Præfectum, is Cæsarrem, Cæsar deniq; Regem Polonum, in exhibenda quantocius auxilia crebrioribus literis compellabant. Nec quicquam Rex moratus, vt ad fœcundam gloriæ materiem aspiraret, labores, discrimina, sumptus, pro nihilo duxit; id tantum temporis à Cæsare in conficiendum iter precatus, vt obsessa Vrbs succursus certa, in alterum mensim constanter toleraret obsidium. Hærebat adhucdum Ordinarius Reipublicæ Exercitus, solitis in confinic Podoliæ statuïs, -eximendæ Turcis suspicioni, nè contra se mōueri crederent; ast vbi transmissa per celeres nuncios edicta sunt, mox incredibili festinatione cohortes, exeunte Junio à Trembovla mouentes, in designatum Cracouiam versus locum, sub initium Sextilis conualuere. Etiam Regni Proceres, in matutinum Regi occursum commonesacti, pulcherrimi meriti ostentatione, aut promissis fauoribus, vt cuiq; genius inuitabantur. Rex ipse die xviii. Iulij, Varsauia profectus, isthac in Clarum Montem diuertit, vt celebri miraculis loco, VIRGINI DEIPARÆ suæ Poloniarumq; Reginæ, supplices pro Victoria preces adserret. De loco isto, vt vocatur CZESTOCHOWA, miraculorum frequentia & quântitate inclito, fusius in Annalibus meis retuli; nunc transcendit reliquorum magnitudinem, impetrata suppli- canti Regi, (quod piè credendum) de Turcis Victoria. Vere Damascenus ait. DEXTERA EXCELSI, qua ex te incarnata est, virtutes multas per tua suffragia operatur, ô VIRGO DEIPARA.

Metropolim inde Regni Cracouiam itum; vbi dūm comuolat miles. REX in Cathedrali S. STANISLAI, Præfulis & Martyris Basilica, solemnem Benedictionem, de manu NUNCII Apostolici suscepit; IACOBO & ALEXANDRO Filijs Principibus, ad latus stantibus; sex Præfulibus; Exercituum Ducibus; Senatu; Nobilitate; Populo deniq; innnmerabili; nemine ex ipsis conspecto, qui non pium, & heroicum propositum Regis, suspicio aut la chrymis prosequeretur.

Nec

Nec morā p̄r̄at Campidux SIENAVIVS, (Magistrum Equitum appellamus) Palatinus tunc Wołynię, cum quinque millium Equitatu, quā limini Polono Bielsko oppidum cohāret, iter Austriae versus, superā Silesiæ parte, dirigere iussus. Mox REX, ipso gloriosissimæ Assumptionis in Cælum DEIPARÆ die Bendzynium mouit, in ipso Cracoviâ egressu, ARENAS Poloni Carmeli adiens, quo crebrius & enixius, suscepitam expeditionem Taumaturgæ Virgini commendaret. Dūm Miles limitem Regni tranſcendit, ac res armamentaria conducitur, Tarnomontium Silesiæ (Tarnowskie Gory) primum venienti Regi exhibuit hospitium. E vestigio aderat STANISLAVS IABŁONOVIVS Terrarum Russiæ Palatinus, Supremus armorum per Regnum Poloniæ Præfetus, flagrantissimis mandatis cohortes in occursum ciens.

Superuenit hic Tribunus Cæsaris Caraffa, postulando quantociū subsidio misus: simul & nuncians, quantā Viennensem Oboſelorum virtute, generalis Turcatum in oppugnandum assūtas, continuata sexdecim horarum impressione, constanter toleratus: Recepui demūm Wezyrum signum dedisse, vbi Lechas & Husseim Bassæ, infelici conatui vitam impendissent, ac stragem XX. millium Ianczarorum iactura æstimari. Etiam Anatoliæ Bassâ malo granato calcem pedis atterente, lethaliter saucio. Lætus hæc audiuit REX, et si gnarus prospera semper prolixiore energia, aduersa per Syncopen efferti: cum bonus successus raro verbis indigeat, calamitati silentiūm amicum sit.

A Tarnomontio per Gliniclos ac Radnau, siluestri itinere profectio instituta Ratiboram (quæ olim Quadrorum Metropolis, post cognominum Ducum Polonici sanguinis sedes fuit) vbi reliquæ grauiori armaturâ, sub cura IABŁONOVII Ducis, REX cum expedito Loriciæ militiæ agmine, vix curribus aliquot ad officia mensæ acceptis, in interiora Austriae festinabundus descendit. Tribuere id visus, iam enixè flagitanti Cæsari, iam excitandis Colligatorum Principum animis, quibus haud decorum esset dolenda tergiueratione succursum Patriæ morari, externo Rege matu-

rante negotium. Adnotare lubet, à potioribus Oppidis submisstratos militi Polono, quā ibat cōmeatus, etiam alimenta equis, cōcēndis cā humanitate iniurijs, quas non insolentia, sed necessitas prouocaret. Videre erat per viam, obiter excitata nubilatia, sub quibus variæ victualium species, multiformia potus vasa, grandes auenæ cumuli sub diō repositi, idq; vltro, extorquente nemine; immo quotidie sub abitum ex statione Regis, frequenter nūtius ex vicis Oppidisq; confluebat populus, qui salutem ei ac prosperitatem, & incruentam de Barbaro hoste præcaretur victoriā. Nec agrestes tantum, quibus abscessu armatorum lētari mōs, sed per cultiores Ciuitates, idem metus & vota omnium; eo usq; progressis desiderijs, ut Olumucij præter alios plausus & acclamationem Populi, in templo Patrum Societatis I E S V, maioriis literis in Altari ē sacro codice exscriptum legeretur.

udic. Clamauerunt ad Dominum, qui suscitauit eis Saluatorem. Etsi minūs placeret Regi incompetens Encomiastæ Metaphora, usurpatos Numini titulos, mortali homini tribuentis. Sed verè dictum est.

Primus in Orbe Deos fecit timor.

Silesiæ latifundijs, apud Opauam emensis, in veterum Marcomannorum fines itum; quæ hodiè Moravia dicitur. Gens hæc clari nominis olim inter Germaniæ Populos habita, Regnum constituebat; præcipua Marobodui Regis gloria, qui duodecim legionibus Duce Tiberio petitus, æquis dēmūn conditionibus, pacem cum Populo Romano, Terrarum Orbis victore inierit. Metropolis Provinciæ Olumucium est, Vrbs elegans & polita, quam Marca seu Morava amnis subit, non commoditatim modo pescaturā, sed firmitudini loci conducens, mænia alluendo. Hic dūm per consitos vineis montes REX equestri agmine molitur iter, obuium se dat Mareschaleus LVBOMIRIVS, iteratas maturandi subsidij postulatorias à Cæsare ferens: addebatq; vnamini colligatos Principes sensu hūc ferri, vt non priùs in vnum conducant exercitus, nisi REX cum suis adesset: eiq; per absentiam Cæsaris, supremum armorum imperium deferendum fore. Quippe insta hospitis Regis dignitatem videbatur, alieno duci arbitrio;

arbitrio; quod si præscriptiones belli gerendi sub Cæsar's nomine Lyneio darentur, tardas illas aut importunas, ut quæ sæpius occasiones subuertunt, dum post res afferuntur. Sed occulta fati vis grandi negotiø sternebat viam, seu magis *Dexteræ Altissimi* digitus operabatur: vt Cæsar, dehinc Principes Colligati, primas imperij militaris partes Regi Polono vnanimiter deferrent. Hic unus sufficere visus, cui salus Christianitatis inniteretur; hic par in Ottomanicum pugilem athleta, certus excisarum Prouinciarum vindex, cui in Turcam pugnaturo, Romani Imperij Aquilas subesse par erat. Et ea quidem concordia prodigijs loco accepta; cum nec alia felicis successus omina decesserent. Quâ die Campiducis S I E N T A V I I agmen, copijs iungebatur Regijs, multicolor Iris apparuit, non iam protensis terram cornibus, sed medium Cæli, forma circulari complexa; illustre claro ante meridiem Sole spectaculum. Discriminabant cælestem arcum, iu-
cundi visu colores, supra solitum radiorum solis reflexione splen-
dentes, species ipsa quo mira eo lætior, velut coronam aut ser-
tum protenderet Numen; hinc non imbrium aut tempestatis prænunciam, sed ex raro accidente, infallibilem victoriæ tesseram lichuit ominari. Tum quod signum id, initi inter Deum ac homi-
nes fæderis esset; tum quo' Romam ingredienti Octauiano co-
ronatum simili Iride cælum efflorescens, felix Augusto augurium dedit: neq; nunc Christianitati improsperum. Adhac, eximio candore Aquila, vetus Regni Sarmatici insigne, pennis in subli-
me euesta, super Exercitum, indefesso volatu biduo ferebatur;
nunc superas, nunc inferas, aeris regiones percurrens, tanquam locum subsistendi quæreret. Multi conspexere, memorabantq;
ex historijs, simile bonæ alitis omen, Alexandro Macedoni ex Persis portendisse victoriam.

Vix attulerat Mareschalcus LVBOMIRVS, in succursum festinari, cum apud Sztukierau subsistenti LOTARINGO nunciatur, Turcas trajecto Morauâ amne, ingentibus cateruis spar-
sim vagari. Scytharum decem, Turcarum octo millia erant;
Thökolio, cui obseruandi Danubiani traiectus cura, mox sece ijs

cum Hungarisis iuncturo. Quæ ex captiuis cognita simul comprebabant, fumantes miserabiliter incendio vici, maximè, qua à Croyneburgo ad pontes Viennenses iter est. Vbi populabūdos compescere visum, præmittitur cum Lauenburgicis ac Palfianis Equitibus Lubomirivs, qui nauandæ operæ cupidus, etiam Tribuni Styromæ Desultoriorum Legionem, distinendo hosti secum traxerat. Nec longe progressus, cum Turcæ in procinctum sedant, clamore campos implentes, quo exilem manum lacefendo irritatam, in plana pertraherent. Ast Lubomirivs continuit suos, seu quod ita iustus/ seu præmium operæ dicens, si in multam diem distento velitationibus hoste, subsequentem Loratigum operiretur. Veniebat is; nec mora accingunt se Barbari in prælium, etiam Cæsariani suam eo modo instruxere aciem. Lotaringus dextro cornu incessit; leuo Badensis Marchio; Lubomirius cum Polonis, ut campum prior inijt, ita in antecessum extit, latera firmantibus Londronij Croatis; post hos Desultoriorum legionibus, subsidiarium agmen componentibus. Ac primo scrutatus Lotaringus, an prominentes à dextra colles arboribus obsiti, in sidias hostium occulerent, vbi secura hic omnia comperit, eos compluribus signis occupare iussit, complementum victoriae, aut præsidium aduersis. Sic protracto in multam diem certamine, tandem ingruunt Scythæ priores, dextrum cornu, quo commodius sagittæ mittuntur assilientes; ast cognito vicinam syluam armatis præoccupatam, ac subodorati insidias latere, ad primam statim impressionem, è machinis campestribus petiti, nullâ notabili operâ retrouerterebant. Acrior Turcarum in frontem ac sinistrum latus impetus fuit, qui postquam primos Sclopotorum ictus immoti sustinuerant, pertinaciter prælium ciebant, pernicitate equorum ac acinacibus suis Germanis graues. Diu strenue dimicatum, commissa in mutuos ictus acie, & vtrisq; pro victoria viriliter nitentibus. Ast modo à Scythis cepto, mox remittente incursu, Lotaringus reiectis, qui contra plano campo steterant, læuum Turcatum cornu, circumuechi suos iussit; Lubomirio succursurus, cuius Arquebuzerorum ala, perru-

perruptis ordinibus laborabat. Sic inuestigata acies loco hostem depulit, non tamen primo successu fractum, sed identidem pugnam restaurantem, quoad Desultoriorum manipuli, ac lanceatae Polonorum, sub GROCHOLSCO ac MODRZEVIO turmae; isti cuspiditatis telis, priores noxia in confertos explosione, pertinaciam Barbarorum fregissent. Tum verò ut quisq; salutis amicus, Turcæ in fugam resolui, Cæsareani insequi, ac mucronibus fodere, torrorem latè ferre, præcipites in flumen agere; nisi quod tardioribus ad insequendum Germanis, hostes sua pernicietas eripiebat. Ultra mille istorum cæsi, præter quos Danubius transantes absorpsit: Quatuordecim signa erepta; Bassa Agriensi extrémè periclitato, ut quem binis interemptis equis ægrè tertius servaverit. Ex nostris sex Poloni, XVI. Germani cecidere; Buttero Legionis Legato, tum alijs Ordinum-Ductoribus vulneratis. Corniciburgum inde Princeps LOTARINGVS mouit, læto felicitatis auspicijs, ac præda milite, et si incessanter oppugnata Viena, etiam victoribus cordolio esset.

Fines Austriz ingressum Regem, adière Heilbrunnæ, Lotaringus Princeps, Sako Elector, Lauenburgicus, ac Waldecius Duces, tum Marchio Badensis; plurimiis Tribunorum ad explendum salutationis officium comitati. Ad primum congressum, memorabile hic humanitatis certamen; obuium sese dat REX venientibus, peramanter salutat, medios complectitur. Etiam hospites ex condigno Maiestatem venerati, oscula, amplexus, verba deferunt, mutuo utrinq; aspectu defixi, & læti gratulatione. Actunc quidem consilium bellicum differri oportuit, ob Ducis LABRONOVII absentiam; quod restabat diei, inter dapes, prælibatis qui mos vernaculus saluti Cæsaris poculis, Principes hilariter exegere. Serum noctis diremit confessum, itumq; postridie Stedeldorfum est, arcem Comitis ab Hardeck; qui olim Waliszteynij armorum Præfecti, Magister stabuli, per diuturna in Imperio bella sanus & integer, nunc supra nonagenarium vidus senex ætatem protuletat: alacriter ac perhumanè Regem hospitio excipiens. Stedeldorfio, ampla subiacet Camporum planicies,

planicies, medium intersecante Danubio; cuius vltior ripa, simili vt ceterior gaudet agrorum felicitate, vineis ac sylvis superat, quæ parte Alpes in sublimia iuga exporriguntur. Hic, dum tripartitum Regij Exercitus agmen in vnum coit, in militari Senatu apud Regem conclusum mansit, non iam Crembsij, sed Tullnæ, quæ propius et si montosius Viennam iter, Danubium traiisci endum.

Danubius seu Ister, fluminum Germaniæ post Rhenum maximus, clementer edito vt Tacitus refert, montis Abnobæ (incolis Abnaw) iugo effusus, postquam Bernicum, Itaram, Lycum Oenum, aliosq; in se recepit fluuios, à Vienna per Pannoniam Daciamq; euolutus, tandem in Pontum Euxinum sex-meatibus incurrit; ingens aluco, & cursus rapiditate vorticosus. Hunc apud Tullnia oppidum mandato Cæsaris, opera in id submissa ponte constrauerant. Incumbebat grandis moles Ephiphis maioribus (vt in Borystene, etiam hic Czay kivocantur) quæ interfudentibus connexæ, ac in anchoris nitentes, sustinebant ingentium arborum trabes in longum protensas; his rutsus crassi afferes transuersim impositi, curribus aut militi viam dabant; etsi saepius dissoluta tabulati compages labasceret, non sine transeuntiū periculo, aut reparantium labore. Sed ingens ex celeritate usus, quod solutilis machina, ex loco in locum, prono amne transferri posset, ac rutsus in partes distracta, iisdem quibus insisteret nauibus, aliò deheueretur. Hius beneficio pontis tridui morâ traiecto flumine, in vltiore ripa considere Exercitus, castra suo more metati. Polonus, cui abundè curruum esset, in Orbem circumducta, vicos ac foro distinxit. Germani razzoribus, sed maioribus carris, pro tentorijs equisq; occupabant locum, rectâ lineâ stationes diducendo. Egregium visu, nobilissimarum Gentium duces, ac Exercitus in vnum contrahi, altero alterius militiae normam & robur, signa & arma, mutuo recognoscitibus. Primo Princeps Lotaringus Cæsareanorum aciem ostentavit, præsto Viri, arma, sclopeta; equis labore fessis. Post hunc Saxones militari gloria gens antiquitus celebris; quin etiam

Bavari,

Bauari, zelo Catholicæ Fidei laudabiles, comparuere, pari animorum vigore, quod recentes à domo venirent. Omnes quadraginta millia, bellatorum conficiebant, læta acies, sed præcipue Equitatu valens. Regius Exercitus quatuor supra viginti Millibus Polonorum constabat, tardius allabentibus nouorum deletuum cohortibus, maximè Lithuanico Exercitu, ob longin-
quum iter moram trahente. Vbi planicies subiecta commodum explicandæ aciei spatiū aperiebat, Rex Exercitum in cornua diductum instruxit; similem dehinc Ordinem obseruati volens: nempè, ut Hastatorum cohortes bifariis dñisæ, geminis Loricatorum signis stiparentur; his rursus turmæ Germanicæ adstites datæ, eo usq; ut confusa hastarum impetu aduersa aciè, Polonis manuali ferro, Germanis scloporum istib; hostem inuadere facilius esset. Spectauere Principes, cuncta ubiq; diductis corribus recognoscēt. Regem; auxiliorum quantitatē perpendentes, simul & ordinantis peritiam. Eminebant Hussari, arnorum fulgore, ac procerioribus equis conspiciendi: isti capite galcam, pectore ferreum thoracem; ab humero Leopardi aut Tygridis exuuias præseruunt, seruitia militaria lupinis teguntur. Decempes in manu hasta, trigonali cuspidē minax, cuius protensum ex serico velum lenior aura ventilat. Lateri acinax, quo oblongior ensis adhæret, dandis cæsim seu punctim vulneribus; etiam sclopus adest ex vetere instituto. Ductoribus Ordinum inaurata ex æte tegmina, ac insigni arte brachialia; præterea suspensi à colo clypei pendentes, discolorē serico texti, ac auro celatis vmbonibus Persicum in morem rutilantes. Eæ hastatorum turmæ, dum campo plano commeant, speciem à longe mobilis syluz referunt, quasi ea coæquatis atborum verticibus, de loco in locum secederet. Genus alterum militiæ Loricati vocantur, quod indumento è squamis aut circulis ferreis incedant, quæ Lorica alias Pancerz, hinc Pancerne Rety. Desultorij Equitatus, peditumq; legendorum ac retinendorum, eadem quæ apud Germanos ratio & modus, quorum sex millia densis Ordinibus stetere. Ast tunc, dum nec procensi Ordines dispici, nec prompte

promptè imperia dari queunt, excitati pulueris caligine cuncta inauolente, profectio institui, ac nobile spectaculum finiri debuit.

Non abs re fuerit Procerum Polonorum bello præsentium cognomina, quorum egregia in Patriam Regemq; Fides ac studium enituit, breuem per synopsim inserere; laudabili apud viuos meritò, à Posteris imitando. Ac primò paterno adhæsit lateri, Serenissimus Princeps IACOBVS, suus hūic Æneæ Iulus, Rege Parente, Magistro in gloriam usurpus. E Sacro Ordine IOANNES GNINSKI, Regni Procancellarius, Vir soliditate consiliorum edecumatus. Siquidem post binam Comitiorum Generalium directionem, Curiæ Regni Thesaurarius; ac obitis in Daniam, Sueciam, ad Electorem Brandenburgicum, Principes Brunsuici, geminatis Legationibus, in Senatum Regni Palatinus Culmensis adscitus, experientiâ rerum ac agendi vigore amplissimum Ordinem auxit. Tum velut intra peripheriam patrij soli excellentissima virtus contineri non posset, ad Magnum Moschouæ Ducem, turbulentio isthic bellorum æstu extra ordinarius Orator iuit; breui post ad Machometem IV. Orientis in præsens Imperatorem, nobilissimam illam, ac vix biennij spatio transactam legationem expeditit. Quæ post, abdicata sacerulari togâ ad Sacrum Ordinem transiens, ac minori Sigillo Regni impotitus, bello hoc Turcico indiulsus lateri Regis Comes Consiliariusq; adhæsit; simul egregiam centum viginti Hastatorum turram in usum publicum conducens, JOSEPHVS item ZEBRZYDOWSKI Canonicus Cracoviensis, moderamini Principis IACOBI admotus, ac ex commissione tanti capitulis estimandus. Sacerulares Proceres fuere: STANISLAVS IABIONOWSKI Terrarum Russiæ Palatinus, Supremus armorum, per Regnum Poloniæ Præfetus; HIERONYMVS SIENIAWSKI Palatinus Wohyniæ, Magister Equitum seu Campestris Exercituum Dux; FELIX POTOCKI Cracoviensis; MARTINVS ZAMOYSKI, Lublinensis; CONSTANTINVS DUX WIŚNIOWIECKI Belzenensis; VLADISLAVS DENHOFF Pomeraniæ; NICOLAVS SAPIEHA Bracłauiensis Palatini. Post hos Castellani. STEPHANVS

NVS BIDZINSKI Sandomiriensis, non prius curulis suæ post se-
 fionem adiri persuasus, nisi Supremi Excubiarum Præfeti munus,
 bellis innutritus probè expleset. MARTINVS KĘCKI Leopo-
 liensis, ac penes quem Armamentarij cura sub Magistri Artillerie
 nomine; DENHOFF Vilnensis; WIELEHORSKI Wołynia;
 ZAMOYSKI Haliciensis; URBANSKI Rospiescensis; FEL-
 KIERZON Liuonie; tum alij Legionum alarumue Ductores.
 Adhac Sacri Ordinis Senatores, notabiliter Regium exercitum
 suppleuere. Præinit IOANNES MAŁACHOWSKI Cracouensis
 Antistes idemq; Seueriæ Dux, Hastatorum turmam Viris Equisq;
 egregiam expediendo: adiuncto insuper intimiori Principis ad-
 missioni ex Fratre nepote, STANISLAO MAŁACHOWSKI
 Opocznense Præfecto, quominus ad maiora surgentem genium
 rudimentis belli imbueret. Similis aliorum Præsulum in publi-
 cum munificentia: STANISLAVS DĄBROWSKI Płocensis; STANI-
 SLAVS WITWICKI Łuceorielis Equestres; BONAVENTURA
 MADALINSKI Cuiawiensis; OPALINSKI Chełmensis pe-
 destres, et mas aut centurias autorant; MICHAEL RAZ-
 DZIEOWSKI Varmiensi, pest illatam Actatio, parati æris
 summam, Germanos Equites suos in ad sita mari loca submit-
 tente. STANISLAVS quinetiam WOJENSKI Camenecensis
 Præful, olim IOANNEM CASIMIRVM in bellis euntem sequi
 solitus, iam nunc Dioecesi sibi, redditibusque Episcopatus à Tur-
 ca intercessis, Regi præsens adesse destinabat; nisi in ipso trans-
 scensu limitum regai in Silesiam, Mysłowicijs morbo corre-
 ptum, desperata valetudo, in maiores Patriæ usus vel nolen-
 tem retraxisset. Ut iam tandem liquidò constet, quid exi-
 mijs Heroibus Ecclesia, quid Patria debeat; qui non posthu-
 mis successorum litigij, sed præsenti pro fide Catholica, & bel-
 lante Rege necessitat, partis innocenter opibus litarent. Ad-
 latus Regi MARCVS MACZYNSKI Stabulo Regni Præfe-
 ctus; MICHAEL WARSZYCKI Ensisfer; LESZCZYNSKI Ve-
 xillifer; GRUDZINSKI Subdapifer; KRAŚINSKI Referen-
 darius; MODRZEWSKI Curia Thesaurarius; Regni Officia-
 les.

les. Etiam HIERONYMVS LVBOMIRSKI Curiæ Regni Ma-
reschallus, geminis in Cæsareo Regioq; Exercitu impositus le-
gionibus, in auitæ paternæq; fortitudinis vestigia iuit. Præterea
SŁVSZKA Vexillifer Lithuaniaz; POTOCKI Haliciensis; OPA-
LINSKI Neocorczynensis; MAKOWIECKI Trembowlensis
Præfecti; ZBÅSKI Lublinensis Succamerarius; KONIECPOL-
SKI Bełzensis Palatinides; TARŁO; STADNICKI; alijq; ma-
gnanimi Iuuenes aderant, succendente pulcherimo in gloriam
studio. Castra metabatur THOMAS KARCZEWSKI; castræ-
sibus excubij s' attendebat ZBROŻEK militaribus meritis eximij.
Reliquorum bello præsentium, vt quisq; ex merito ad famam no-
men protulit, continuata Historiæ series, in descriptionibus
præliorum obliuisci non patietur.

Tranato Danubio, non vltra sustinuit REX inutilem Au-
striæ hospitem, aut otiosum agere auxiliatorem; semper extra-
dilations posatum, iam tum effictum, vt iuuaretur exposcente
Vienna, non vltra sextiduum vim oppugnantis Wezeri latura.
Summus quinetiam Pontifex, præsenti vt par erat discrimine so-
licitus, tum ne tantum Exercitum Vites mora lauguescerent,
per MARCVM de AVIANO Capuccini Ordinis Presbyterum,
in agendum audiendumq; extimulabat. Verum is intellecto nil
opus stimulo Regi, suopte ingenio prælium destinanti, præcla-
ro Vir Apostolicus zelo (vt quem anterioris vitæ institutum in
opinionem sanctitatis protulisset) publicè Victoriam de cælo
præcatus, transmissam Pontificis bæpeditionem Christianis
Exercitibus impertij. Ad prolata mitissimi senis verba multi
profudere lachrymas, ne Rege quidem satis affectum cohibente,
quominus gratam sibi Vniuersalis Pastoris curam testaretur.

Ergo vnanimi Procerum Militarium consensu inditio intine-
re, Exercitus die 10. Septembris in montana mouit. Carrago cum
impedimentis, ad Graisemburgum Danubium versus remissa;
Vix LX, curribus ad officia Culinæ Regiæ Tribunorumq; acce-
ptis;

ptis. Equiti alimenta pabulumque, ut scrutia militaria iumentis portarent, imperatum; quantum in triduum satis. Quippe Viennam tendentibus superandæ erant Noricæ Alpes, quas incolæ Cæsios montes vocant; qui hic apud defluentem Danubium in eminentia insurgentes fastigia, per varias Romani Imperij ditiones, dehinc iuxta Anaxum flumen, Taruisium versus, sub nomine Iularum Alpium, limitem Italiam constituunt. Horum iuga vna parte Viennam ambiant, altera Danubius alluit, in quatuor ut memoratum diuertia scissus. Quæ transeuntibus repagula, non ignibus aut aceto, ut olim Atinibali subigere; sed virili nisu animoq; superare necessum erat: ad radices eorum aliquantum subsistente agmine, ubi meridiani solis ardore lassus miles, per graues racemis vineas dulcibus vuis, etiam impermissus fitim refiebat. Crebra hic per latè patentes agros mappalia, oppidaq; sed funditus igne deleta; ac qui viam aut ignotum per obscuros cales transitum monstraret, hominem nancisci difficile fuit. Conduci tamen locorum petiti aliundè, geminum monstrauerant iter; planius vnum, sed concædibus obstructum, abruptum alterum, & ipsa loci asperitate vix permeabile. Priorem Germani viam, truncos arborum, ac alia amoliti obstacula inierant; dextra per præaltos rupium vertices, concisas vallium crepidines, densosq; arboribus saltus, agmen Polonum, prima vigilia traduci cæps; nulla publicâ viâ, nisi quâ per angustos cales vindemiam expeditioribus plaustris, deuehore soliti incolæ; iter non catafracto militi aut tormentis, sed cursori leui venabulo accincto, vix peruium. Postquam in summa iuga ventum, durior restabat labor in declivia progrediendi, cum leuior affligat casus sursum tendentes, quam qui ex abrupto præcipitantur. Multos præceps per rupes gradus, aut cespitantes equi prouoluere: hinc posteriores aspera emensi pedibus, ptimum agmen tardius conseqebantur. Ea causa fuit, ut superato primo monte (ex cuius vertice ad 50 Millaria subiectæ ditionis videre licet) in concisa valle pernoctare necessum foret. Continuatum postridie iter aductis peruiam ad Regem Turcis duobus, qui retulere. Latari

Wezyrum ex destinatione intra triduum capienda Vienna; unde in procin-
etu adesse, pernicibus equis Czauzios, qui Imperatori Turcarum prosperi-
succes̄sus nuntium ferrent. De Rege Polono nusquam adduci posse, quis
credat praesentem: quod si maximè veniret, oppugnationi urbis & prælio
campestri, suffecturos Turcas. Sanè verum, Hominum mentes à supre-
ma illa mente obscurari, qua cuius fortunam mutare constituit; consilia
corrumpit. Nam si arctissimas illas montium sauces aliquo Ian-
czarorum præsidio insedisset Wezyrus, obsidionem Viennæ secu-
rius continuare, ac Christiani Exercitus impetum, qui primus
semper ferocior est, facile elusisset. Sed superbia Barbari vires
nostras temnentis in exitium suum vertit; etiam quid ultra mon-
tes ageretur sciendorum ignorantia; cum non sit Turcis mos per
emissas præcursorum turmas hostium consilia scrutari, per em-
ptos id exploratores, aut trans fugas, commodius expedire cen-
sentibus. Sabbatho demùm sub occasum solis, dorsa montium,
perpetuâ serjè sibi coherentium, eluctatum agmen, in uno illo-
rum fagis virgultisq; obsito consedit, vnde iam Vienna & castra
hostium conspici potuere. Enim uero h̄c fiducia in solicitudi-
nem versa, cum immensitas illa tentoriorum, oculos; aures im-
manium tormentorum fragor, ingiter urbem quatientur; ani-
mos denique, ingenium fortunæ, ut mutabile, non sine immi-
nentium horrore perstringeret. Prætorium Regis, in arduo mon-
tis vertice, à dextra peditatus, ab Iæua Eques, per dumera ac
confragosa circumstittit; cum excitare ignes, aut exui armis cun-
ctis vetitum esset. REX ipse edicta militari tessera, S. LEO.
POL DV S (is Austricæ Marchio in Diudorum numerum relatus,
nunc Provinciæ tutelaris Patronus habetur) in multam, quæ si-
deribus illustris noctem, subducta conopæi lacinia, vasta illa, ac
crebris ignibus colluentia Castra, non sine gestientis animi omi-
ne aspexit, multa in meliorem partem apud se volutans. In prom-
ptu adesse strenue manui segetem, sed ante quam maturescit victoria, multo
Christiani sanguinis profluuo rigandam; amplam apparere gloria ma-
teriam, sed funesta, tot cadibus, tot discriminibus parandæ. Fatalē
Turca potentiam, uno nequaquam prælio frangendam; incertam belli
aleam,

aleam, loci iniuriam, recens in tot Gentes imperium, aliq; non improuide consideranda. Rursus ultor in inuasorem alieni DEVS; Causa aequitas, Tyrannis incredibilis, innocens, ac vindicias poscens sanguis, templorum desolatio, abstractorum in servitutem miserabilis status, animum sollicitudine exoneratum, ad CAPVT bona spei ducebant.

Dies Dominicus erat, cum adesse Christianos, in eminentibus montium iugis nitidior lux ostendit; aspiciente Wezyro signa Regia in prælium rapi, nec fidem adhibente; adeo ad credendum obduruerat. Ast vbi incredulitate m expugnauit captiuorum relatio, tum velut emerso ex stupore animo, scilicet abundus ad astantes, inquit. Itane vero Poloni cōdictam pacem colerent? Summo mane REX perrexit, situm loci ex eminentibus dispecturus: Simul ut LOTARINGO, breui in rem, ac necessario ante prælium sermone colloqueretur. Pergenti interim assertur, Ianczorum agmen proximo Cænobio Capuccinorum, quod in vertice montis Galemburg dicti existeret, mox à Cæsareanis adorandum, hinc initium prælij imminere. Ergo Tribunis nostratibus huc citò peditem rapere mandat, ipse interim ad allatos cibos pransurus assidet; sed primo vix delibato ferculo, nuntiabant præcursorès, proximos colles, cateruis hostium compleri; simul Cæsareanorum, cum Turcis expertientium, infestus bombardarum fragor, ad aures veniebat. Vnde dato cohortibus mouendi signo, ipse equum inscendit, fiduciae in decretorium certamen plenus, quod Dei opus, die Dominico patrandum contigisset. Quippe ultra consilium, aut vires humanas credi potuit illam immanitate ferocem, multitudine immensam, inueterato Victoriarum successu tumidam, Wezyri potentiam infregisse; nisi dextera Excelsi prodigium fecisset in victo, in quo fecerat terrorem ad affigendam Christianitatem proruente. Obnunciati itaq; Princes Germani, eo flagrantius, agmina sua per obstantes rupes, aut inæquale montium dorsum, in hostem ductauere. SAXO, RAVARVS, LAVENBURGICVS, VALDECCIVS: sed præcipue LOTARINGVS, primas post Regem militaris imperij partes obtinens, ac præter pugnacis animi indolem, Bullio-

neæ

nec fortitudinis, transcripta in LOTARINGICAM domum hæreditate, inclitus. Nec mora, Poloni sublatis vexillis, ægre per confragosa concisos moliebantur Ordines: Hussari præcipue, quorum hastas, olim syluarum prolem, densiores arborum frondes impidirent, aut frangerent. Lætum inter hæc visu, cum ex eminentissimi montis fastigio, rubrum albâ Cruce vexillum panderetur, vnde ab oblessis conspici, nec diutius à Turca, quin militia Crucis adesset, dubitari potuerit. Properatum deinceps alacritate summa, nihil discriminis recusante milite, ubi REX antegressus aciem, ex præcipitibus plana faceret, idem in ardua Dux, & discriminum socius. Vchebatur equo coloris flavi, generoso illo, ac præter pertinaciam pedum cursus incitissimi. Superior vestis è panno cæruleo erat, interior ex albicante serico; scutum armiger, qua forma vetustum SOBIESCIÆ Domus Stemma, efformati consuevit: signifer, appenlam hastili è pennis falconum alam, labarum noſcendo Regi præferebant. Vestigio Princeps IACOBVS, nedum tertio lustro ætatis completo sequebatur, sub tali Magistro rudimentis militia initandus. Loricam induerat, caput substricto crine ferrea cassis onerabat, mucro gallicus lateri, acinax Polonus sub pede aderat: multis quod dubijs prælij non eximeretur, haud sanè demirantibus. Nam vt semper solet, etiam hic aliqui suadendo institere, quatenus moderato gloria desiderio, non se REX in promiscua daret discrimina, in summam belli attendendo. Sed importunas curas, & quæ alia in prælia iturus Regibus obrudi consueissent nihil moratus, districte præcepit, neu contraria destinantem, eo nomine interpellaret quisquam. Mox equo nitebatur in summitatem montium, iugi serie sibi cohærentium, nisi quod inæquali situ maiores minoribus iungantur: declivia rursus pedes superauit, familiarium brachijs innixus, ne crassiori corporis moli, equus alioquin validus, non sufficeret. Prima Regem secuta est Equestris Campiducis SIENIAVI in legio, cum aliæ à dextris, ut cuiq; sors, descendunt per præcipitia molitetur. In alterum deinde montem itum, altum eum, sed qui dumetis haud imbeditus

ditus conflicturis partibus, mutuo sese videre & aspici, permetteret. Poloni, quâ parte montes superârunt, eadem & in acie locum sortiti: certamen humanitatis dixisses, cum Germani, dextram manum hospitibus honoris ergo concederent. Tum Lotatingus suorum Ordines, insigni equo præteriectus, vbi ad primam aciem allapsus. Vetera Germanorum bello parta decora, excisam recens Patriam, adbuc dum fumanibus busulis deformem; à fronte hostem, à tergo montes, à latere inuadabile flumen, nihil ubiq; perium, nihil nisi vincunt securum in instinctum & hortamenta vertebat. Similia Bavarus, & Saxo memorabant incitando feruori. Frager sub hæc tormentorum per saxeas valles reboabat, Wezyro confertissimis agminibus adversos colles occupante, ac è sedecim machinis mira celeritate attractis, crebro fulminante. Quàm verò in conflictum ferox rueret ostendit, dum & ob sessæ Vrbis mænia quasiat; simul aciem venientibus Christianis obiicit. Spatio milliaris distenderat ordines, ea vastitate ac numero, ut ab ipso aquilonari Vrbis pomærio, ad radices montium, quâ in occidentem protensi vergunt, vtrumq; aciei nostræ cornu, explicatis longè lateq; alis, exæquaret.

Vbi per montana numerosa nostrorum acies conspici evidenter capitur, tunc hercule opinione & incredulitate aduentus Regij, delusum se coperit Barbarus; præsertim vbi è longinquo, insperata legionum robora, ingentes virorum equorumq; formæ, percussus aduerso sole armorum fulgori, aliaq; ex oppositò cuperaverè aspergum, omnia verò maiora subiicientem: naturalis quin etiam motus ratio, cuncta vehementiore imperu desuper prouoluentis, depressionibus locis stantes Turcas territabant. In eum verò modum Rex, quantum inæquale montium dorsum, & convalles permisere instruxit aciem. Antegressis levioris armaturæ turmis, quas Excubiatum vocant, Regia phalax, medium aciei corpus occupavit. Hanc XXXVI. signa militis veterani componebant. Regium vexillum ducebatur PRVSIOWSKI Horodlensis Præfetus, absente ob ægritudinem Dapifero Regni POLANOWSKI, Viro animo insignis, & veter-

Poleuz et Kivu

rano
Panay

rano Duatore. Principis IACOBI, NICOLAVS ZŁOTNICKI
 Vexillifer Poznanensis, qua non erat numerosior alia turma Ha-
 statorum. ALEXANDRI Principis, ZIGISMUNDVS ZBIERZE-
 CHOWSKI Vexillifer Łomzensis; Castellani Cracoviensis SKAR-
 BEK; Zamoyscij Palatini Lublinensis, WĄŻYNSKI; IOANNIS
 WIELOPOLSKI Sup: Reg: Cancellarij, ŁASKO; IOANNIS
 GNINSKI Vicecancellarij, HIACINTHVS BORATINSKI;
 Vexillifero STANISLAO IASKOLSKI, meritissimi illius Palat-
 tini Podoliæ ex fratre nepote; MICHAELIS WARSZYCKI
 Ensigni Regni, LIPINSKI; LVBOMIRSKI Præfecti Sando-
 miriensis, WILCZKOWSKI; tum alij Hastatorum Optiones,
 quos breui haud motor compendio, pleniori Historia singulos
 recensiturus. Regiæ phalangi adhærebat SIENIA VII Campi-
 ducis Legio, ducente NICOLAO ZABOKLICKI Vexillifero
 Bracławiense. Eodem cornu Supremus Regni Dux IAELON O-
 XIV Legionem suam locauerat, cui præterat MICHAEL
 RZEWUSKI Præfetus Chełmensis, incessitq; diducta versus
 oppositos montes acies, quos vago discursu peruolantes Scythæ
 occuparant: cladebant agminis latus LESZCZYNISKI Vexilli-
 fieri Regni, ac Potociorum alæ, subinde intermixtis Germano-
 rum manipulis, vel ponè sequentibus. Ab læua LOTARINGVS
 constituit cum Cæsareanis, circumductis inter confertos ordines
 tormentis. Eadem statio obtigit Lauenburgicis, Hungaris Pal-
 fij, Croatis; quibus Rex submiserat complures Hastatorum tur-
 mas, insuper Marschallum Lubomirium, ut Vibem propè exti-
 lum aciei cornu tueretur. Subsidiaria agmina componebantur
 ex militia Bauarica & Saxonica, præuijs ante signa Eleitoribus:
 quos modo consimili excipiebat VALDECEVS Comes, copiarum
 Imperij Ductor. Robustus his miles, ferreo torace, incurvo
 ens, ac trino sclopo armatus, etiam capite galeas pleriq; ge-
 stauere. Ita in quinq; lineas distincta acies stetit, altera priuæ,
 testia secundæ & per consequens novissima præcedentis inhæ-
 rentes vestigio, ac cunctis frontem, diducta in longum statione
 exequantibus. Quin etiam pedes Cæsarianus ableua, Regius à
 dextris

dextris processit, trabes ligneas acuminatis palis transuersim confixas portando, quarum obiectu insultum Equestrem arcerent.

Ac ut honori & perennitati famæ fortium vitorum ex merito tribuam, in eum modum pedestris acies sub Tribunis ac Generalibus suis instructa iuit. Componebantur ex legionibus phalanges, militari Vocabulo Brigadæ, quarum quatuor dextro, totidem sinistro cornu incessere. Primæ præerat ERNSTVS DENHOFF Castellanus Vilnensis, Peditum, ut vocant locum tenens Generalis; sub eo Legatum agebat BERNFEIER; tum & OTTOSESWECIER, Colonellus legionis Serenissimi Principis IACOBI. Et hæc phalanx Pedestris Regia dicebatur. Alteri imperia dabat STANISLAVS MORSTIN, Vexillifer Zatoriensis, Legionis Sacrae Reginalis Maiestatis Colonellus, Legato Legionis Gerardo Tytinghoff; Primipilo seu ut illi dicunt Maiore Christiano MORSTYN; Jungebatur Colonellus VENCESLAUS SZCZEWKA Dapifer Visnensis, locum tenente Weretyceo. Tertiam duxit ELIAS ŁACKI Vexillifer Terrarum Prussiarum, Legato FRANCISCO LANCKORONSKI Stobnicense Præfecto. Complebat phalangis corpus, VENCESLAI LESZCZYNSKI Palatini, Podlachiaæ Legio, Locum tenente THOBIA KNOBELSDORFF Nobili Prutheno. Parebat quarta FRIDERICO GREBEN, Legato Legionis Gutrio; accendentibus ad complementum IABŁONOVI DUCIS Generalis ac KRASSINII Regni Referendarij binis legionibus, quarum prior sub Berenso, altera sub TIBURCIO ZORAWSKI Palatinatus Sandomiriensis Terrigena contribulimco Legatis. Medio procedebant Machinæ sub imperio MARTINI KACKI Castellani Leopolienensis, Supremi Armamentatio Regni Præfetti, Viti qua externis, qua Polonicis bellis, exercitatissimi. Huic FINK Legatus aderat, ac RWTOWSKI Legionis Major, Sinistrum cornu primam phalangem habuit, sub Colonello Butlero, NOVENS Præfecto; etiam Bydgosciense Capitaneo, vterq; iuncti KACCII phalangi machinis attendenti. Secunda sub IOANNE DENEMARK Colonello, Legato Legionis Sakieno. Isti cohaerebant Legiones, POTOCII Castellani Cracouicensis, Mare-

schalci LVBOMIRII; deniq; Illustris de Maligni Comitis, apud
 quem stirpe Gallum; & Virtute excellentissima Heroem pro Le-
 gato egit KOZVCHOWSKI Nobilis Polonus. Tertia parebat
 THOMÆ ZAMOYSKI Castellano Haliaciensi itidem Colonello
 pedestri, sub DOMARADZKI Legato. Supplebant MARTINI
 ZAMOYSKI Lublinensis ac STANISEAI GNINSKI Czerni-
 chouiensis Palatinorum Legiones sub Colonello WILHELMO
 DOBSZYC ac Legato Franks. Insuper quartam duxit Supremi
 Regni Cancellarij Colonellus KRAVZER, assistentibus SIE-
 NIAVII Campestris Ducis sub Colonello ASVERO qui hic cæ-
 sus; ac DENHOFFII Pomeraniæ Palatini, Legionibus. Haec pe-
 destris aciei series; ac sub octo, phalangibus dispositio. Simili or-
 dine sed minoribus agemmatibus Desultoriij (altae Dragonij) pro-
 cessere, ut qui per concisa viatum aut nemorum latebras, ne late-
 ret hostis discutiendas prouide submittebantur. Praetoria legioni
 Regis, quam à custodia Corporis Guardiam vocant, praerat IO-
 ANNES GORZYNISKI Praefectus Starogartensis. Desultorijs imperia
 distribuebat supra memoratis Malignius Comes, sub eo IOANNE
 GALECKI Culina Regni Praefecto, GEORGIO TAVBE, FRI-
 DERICO STRÆM, IOANNE KOSKIEL ac ANDREA CHELMSKI
 eius militiae tribunis aut legatis legionum. Sed hanc aciei di-
 spositionem recensebunt graphicè iij; quibus cuncta ad amissim
 tradendi sedulitas aut ingenium, mihi ob loci in æqualem situm,
 tum stridentia tela, curiolum nimis agere, non vacauit. Sic ordi-
 nata pedetentim processit acies; etsi nec uno tenore, nec simul
 promoto gradu; cum spatium vñatenus ingruendi, iniquissimus
 loci situs eriperet. Quippe montium declivia, frequentes oc-
 cuparant vineæ, quarum traduces excisis ab hoste pampinis, à
 terra palmo extantes, gradientibus equis offendiculo erant, cal-
 caneos præacutis truncis fodiendo: cædem vineæ præaltis fossis,
 ac exaggeratis metarum in morem Capidum cùmulis circumdu-
 ßæ, descensum molientibus obstruebant; subter quas maceræs,
 inuoluti hostes, in nostros, qui superne consistebant, tanquam
 à vallo iacularentur. Is loci situs in multam diem extraxit cer-
 tamem:

tamen: nihil tamen moratus pedes, cui per aceruos lapidum delabi pronius esset, acre cum Ianczaris certamen inibat, quoad cohortes ut cuique infestis, cum signis facilior via, vinearum angustijs se ejacerent. Non tamen vna omnes ingruere poterant. Quo animaduerso REX, primos Ordines ardentiū in uehi iussit; adeo contemptor discriminis, ut sub ephebo lateri proximiore, pila tormentaria equum comminueret. An vero usurpati antiquo more, verborum incendiis compellaret militem pugnam capessentem, haud perinde affirmem, sufficit praesentia Regia stimulasse, & non otiosis prodeemijs, sed exemplo ad ineundum certamen hortari. Idem LABRONOVIO, idem SIENAVIO Polonicis Ducibus, ad insigne virtutis opus animus; ipsi legionibus praeuij hostem incursuere, frontem per se, latera & tergum subsidijs erexere, recentes fessis, sanos vulneratis substituentes: vicissim milite, quid sui muneris eslet affatim explente. Siquidem protensa valle, Miles noster exactis Ianczaris, non segni gradu signa protulit, itlic maxime ubi Wezyrus equitatū sui robur, in dextro cornu incidentes cohortes, effundebat. Cecidit hic STANISLAVS POTOCKI Haliciensis Praefectus, ANDREAS Castellani Cracoviensis Filius, nuper e Gallijs redux, ingenio ac indole egregius, vel morte ipsa demum felix; cum nec rarum, nec recens sit, POTOCII, pro Patria sanguinem fundere: quidni pro gloria Crucis, ut qui Semitrinum Salutaris trophæi Signum, in aucto stemmate deferant. Idem Fatum subit ANDREAS MODREWISKI Curiae Regni Thesaurarius, Totomir Rzeccyj Optio, cumulantibus stragem comilitonibus, quorum e sola POTOCII cohorte septendecim, Rothmagistro suo mortis socij concubuere. Etiam ZBASKI Lublinensi Succamerario per tibiam pedis glande traiecit, a quo vulnere post diem obiit. Sanè atrox vndiq; oriebatur prælium, maxime ubi interiacens planicies concitandis equis spatium dabat. Contorquebant hastas Hussari, adeo strenua in hostem impressione, ut aliqui ex his, vel duos transuersim infesta cuspide egerint. Ante alios Nobile hastifragum edidit, memorari digna cohors Principis

ALEXANDRI, in densum ipsiusmet Wezyri, ductatice ZETTER-
CHOVIO, comitatum inuesti; codem feroore SIENAVII
Campiducis illata est, SOLTYR signifero, in manu quā vexil-
lum deferebat, sauciato, & quæ aliae ponē stabant Hastatorum
alæ, dextre admodum hastas pectoribus hostium immersere; vt
iam tandem ex eminenti diuo prospectans Wezyrus, quid ultra
sperandum, quid timendum sibi, facile coniceret. Tunc de-
mū Barbati viros & ferrum, & futilem ipsi suum experti typhu-
ni, respectare tergum, flaccescere animis, mox sensim recedere
cœperunt. Sed recessus adhuc erat, non fuga, & ostendebant
abire tantum, vt reuerterentur. Quippe Wezyrus, etsi iam te-
clinata, ferocissimos suorum, ubi maximum hastæ nocumentum
dabant, submittebat; qui velut æstro perciti, adeo in adversa tela
incurrebant peruicaces, vt obseruatum fuerit, ex illis non nem-
inem, hastili medio pectori transuerberatum, in eum qui impe-
gerat telum, illata mortis vltorem, concitato quoq; ferroq; in-
currisse. Similis Germanorum sinistro cornu fortuna & dexte-
ritas, dimicabat strenue, Gens armis egregia, respondebatq; mili-
tum ardor, Ducum imperijs: nisi cum ad manus ventum, Turcae
grauioris armaturæ impressionem, facilè pernicibus equis elu-
dentes, mox reductis habenis, ex vetere gentis disciplina præli-
um instaurabant, ac contempta stridentium globorum procellâ,
circumuentos mitâ dexteritate, seu machærarum acumine, de-
niq; equorum agilitate, plurimos decapitabant. Ita iunior Dux
Croix, è veteri Belgatum Arescotanorum stirpe; HENZYKVS, ac
complures alij ex Germanico Exercitu, interiēto. Èa namq; in-
danda vulnera proficiebant Barbati efficaciâ, vt conspexerim
ipse, hastatæ cohörtis militem, quem è ferro galea tegeret, irrito
crassioris laminæ præsidio, discesso medio tenus capite prostra-
rum. Adnotare lubet, vt medio in prælij æstu Wezyrus, quid
sibi animi esset, ostensurus, in opposito colle, grande cōnopæum
erigi iussit, vnde maiori authoritate militi in pugnam impella-
daret. Etiam Rex suum aduehore præcepit, non vt fastum
Barbari æmularetur, Sole enim non ymbra teste, vincere voluit;

scd

Sed quod ex pertinacia hostium, in altetum diem protrahendum certamen existimaret. At ubi Christiani planiore loco, una & cominus suggredi, cornua aciei in colles erigi, maximè qua ad radices montium, sinistrum cornu Turcarum, dextro nostro committebatur, metu, ne sensim circumiectus Eques tergum inuaderet; haud obliturè acies illorum fluctuare excepit; Wezyrusq; sorte & casu, qui imminebat attonitus, agnouit demum, quod ante ignorauerat; mutabile esse fortuna ingenium. Et dum iniqua belli causa est, raro dextrum senionem iaci. Primos in fugam se conieccisse Budensem & Agriensem Passas, vulgi relatio tulit; non diu post, in poenam militaris probri, à Wezyro strangulatos. Tum verò immensum illud agmen dissipatur metu, frustra & diu retentantibus Ducibus, donec & illi, postquam sisti aut retrahi fugax multitudo non valuit, quæ una supeterat salutis via, celeri abitu sibi consulerent. Wezyrus pernici equo, ante se in omnem casum conducti solito illatus, præcursoris sequebatur; non tamen vescors aut immemor sui, nisi prius defodere pyrium, tormentis annas auellere, aliqua ex his campestria in viam rapi, captiuos matare, deniq; Ianczaros vacuis equis imponi, aut à Spahijs, quo eriperet in sequentibus, post terga confessores accipi iussisset. Fama erat, constanti Renegatorum assertione firmata, inclinati scelus Wezyrum, coram duobus Filiis iam Passarum honore functis, lachrymabundum incusasse fortunæ vicissitudinem, ut quæ fallax semper, nunc itata, repentinam Ottomanicæ amplitudini mutationem adferreret. Dein ad accessitum Scytharum Hanum (ab hinc vti de Rege Polono amicè sentientem, & cuius eo prælio nulla notabilis opera fuit, merito suspectum) dixisse perhibent. Et tu (inquit) Sodes Turcarum Imperij columnæ, huic laboranti bodie consilio & opitulo succurre? Macte animo, instauramus aciem, periclitentur, qui periculum faciunt Christiani, & suos ferro subdant ingulos, qui nostros petunt. Praeo ecce, ut meos incitem, tu similiter coge in certamen tuos, annuet Deus in hostem Musulmanorum, fatale ferrum vibrantibus. Adhac Hanus nihil pro vsu præsenti, aut Wezyri ferocia repositus; vel quod dudum a Rege donis, quæ etiam Diuos placare

placare solent euictus; vel quod genti rapaci, dum recentes in bel-
la eunt, non sine sanguine prædas conquirere solitum; vbi ma-
nubijs se exaturauerint, cordolum est habentibus mori. Contra
Turcis ea præda gloria, quam rapiendo possident, & populan-
tur, ut consistant: Scytha captiuis & armentis victoriā æstimat,
& magis ignaua spolia, quæ abduci, aut fugā seruati poslunt, pla-
cent. Ita commotā hostium acie, Christiana quantum per con-
cisas valles licuit, tergo abeuntiūtū insistens, suis ordinibus tolū-
tim iuit, postquam stataria pugna ab hora diei octaua, ad quintam
post meridiem constanter perdurasset. Etiam Rex sudore
& puluere ad raucedinem oblitus, primos inter ordines perrexit,
idem Principes Duceq; præstitere, suis quisq; præeundo agmini-
bus, attenti & flagrantes, quod passim rumor reeuntis in iteratum
conflictum Wezyri spargeretur. Id captiui, id transfugæ narra-
bant, persuadebatq; Chocimensis pugnæ victoria, vbi idem Tur-
cæ, intra Castra sua, cruento admodum certamine, cum nostris
depugnauere. Ergo ut prudenter Rex vicerat, neq; properan-
ter victoriā prosecutus est, cuius ea quæ pomi natura, usui non
est, nisi maturescant. Per media itaq; hostium Castra acies pro-
cessit, in quantum soluere, aut concidere Ordines, immensa illa
tentoria non cogerent, quibus conficiendis, tres Orbis partes,
multorum annorum labore, textrices egerant lanificalque sus-
penda sanè supplex, nam supra centum millia extitisse credita;
non ad magnificentiam modo, sed luxum. Non hæc illa è pel-
libus tentoria, pluvijs ardoribusq; cæli arendis; sed aureis filis
Phrigionum arte picta, lapidibus intexta pretiosis, vraniscis auro,
Iacinijs serico, funibus coccino nitentia. Referebant aliqua Pa-
latiorum speciem, tridinijs, diuersorijs, Cameris distincta; ade-
rant supernè ambulacula ac peristylia; continebat ambitus Bal-
nea, porticūs, hortos extemporaneis fontibus iniquos, aliaq; bar-
baræ opulentiae ostamenta. In his, diuersi Wezyro secessus;
vbi videre erat, eximia specie Struthionem, vocalem libero vola-
tu Psittacum, cuniculos cicures, ac cum cercophiteco grandi,
multimodas feles. Ad eundem modum, sed in meliorem usum,

Castræ

Castrensis apparatus sanè mirabilis. Ingens vis auri argentiq;
 exquisitæ vestes, pelles pretiosæ, argentea mensatum suppellex,
 præcipue fræna ac equestres sellæ, quæ ephippia vocant, miro
 artificio & auro segmentata. Armorum stupendus apparatus.
 Solus pūluis pyrius pretio Millionis æstimatus. Ferri plumbiq;
 sttices, fundendarum machinarum officinæ, pecudum ouiumq;
 greges, Cameli, muli, asini; omnigenæ frugis sub dio repositoria,
 et si patuit ob pabuli inopiam, Turcas tunc equorum iacturam
 subiisse. Hæc militi, qua Polono, qua Cæsareano cessere, sed
 quid inter tantos? cum plures qui raperent, quam qui relinque-
 rent, essent. Magna tamen pars obuenit Regijs, cum cubiculo
 Wezyri Præfectus; adhuc dum puer ad Machometismum tractus
 ad nōstros transfugiens, Prætorium heri Polonis monstrauerit.
 Perière ex præcipuis Kihaiæ Wezyri, seu Maior domus, sex Passæ
 dignitatis præcipue; reliquorum inire numerum haud facile sue-
 rit, inter conualles fossasq; qui cadebant deie&tis, etiam illis su-
 rum cadavera mira celeritare ex arena subducētibus. Ad sex
 mill: cecidisse constans rumor tulit, festinato abitu interueniente
 cædibus. Wezyrus continuatā per noctem fugâ, in alterum ma-
 nū nouem Milliarium confecit iter, ac quo securior insequentium
 manus euaderet, familiaris sui penula tectus fugiebat. Huic ve-
 xillum viride, labarum Machometi dictum, quo ab Imperatore
 suo authoratus, in bellum contra Christianos iuit, REX allatum
 sibi, protinus Summo Pontifici misit, spe et aculum Vrbi, ac mo-
 numen Victoriae in Vaticano suspendendum. Faciam trans-
 mittendæ ad posteros memoriae causa, ut obiter adnotem, præci-
 puorum eo bello apud Turcas Polemarchotum cognomina,
 prout ex Matricula armi strij, ab ipso WEZYRO apud Vi-
 ennam acti, Germanis constitit; rem hercle Lectori non in in-
 cundam, nec extra orbitam Historia. Præcedebat Kara Mosztaffa
 Wezyrazemus, Supremus Sultani sui Vicarius, primarium consi-
 liorum bello & pace caput, & quodammodo Imperij Orientis
 consors: animo violentus & impersuasibilis, & qui à suis ob Ty-
 rannidem, indomita bestia diceretur. Alter ab hoc Kara Méhe-
 met,

met, Passa Mezopotamiae & Wezyrus; Chidir Passa Bosnensis, aetate grandis, sed actu viuidus. Imbraim Passa Budensis, & Wezyrus, homo acer & Wezyrazemus amulus, unde causa uti suspicium strangulandi. Husseimus Damasci Passa, qui ad Viennam interiit. Hassan Temesuari, Mustaffa Silistriæ, apud Parkanum captiuus, Achmet Ogli Magnesiæ, Hodzia Ogli Romeliae, Aube-kir Aleppi, Strigonij traditor; Achmet Natoliae, Halil Siuas Sebastensis, in prælio trucidati: Astan Nicopoliensis, Musztaffa Ersecouensis, Iurgi Agriensis, Passæ; Imbraimo Budensi, ut ex amicorum numero, ita & mortis socij. Præterea Ianczarorum Mustaff, Aga, Osmanes Spahiorum Generalis, & alij. Complebat numeros Mechmet Giereij, Scytharum Hanus, Michæl Abaffi Transilvaniæ Princeps, Syrwan Canthacussenus Moldaviae, ac Ducas Valachiæ Palatini, pro Vasallorum Officio auxilia ferentes. Transeo reliquam Serperastrorum turbam, grauia papyro nedum bello nomina. Ipse Emericus Tokolius, prima & maxima calamitatis Austriacæ fax aberat, procurandæ scilicet à tergo securitati ac commeatui relictus, non plusquam semel salutandi Wezyrij, gratia in Castris obsidionalibus hospitatus. Reliquerat nihilominus, copias quæ nomen auxiliorum Hungariae ferrent, trium propè millium, sub Comite Battiano, Prafzkovicio ac binis Nadaldijs Fratribus, ipse interim velut partes Patrifamilias sustineret, longius se à discriminæ submouit. Cæterum ex ipsis rationalibus hostium consistit, à cæpro obsidio ad usq; septimam Septembris, Wezyrazemum Libithinæ Hecatomben ad Viennam dedisse, quæ Turcicis capitibus constaret Nro 48544. Adde prælio campestri cæsos, post prælium iugulatos, per aqua ac sylvas fame, varijsq; casibus eneclios, comperties iacturam viorum, etiam supra morem & possibilitem, multiplicata Polygamia, nec facile nec citò compensabilem fore.

Ingens ea die REX, in oculis tot gentium exhibuit inuidæ fortitudinis documentum; vbiq; ordinans & disponens, cum subinde mutato equo, per ardentissimum solem corpore crassior, apud principia aciei, hic inde volitaret. Idem Principibus Imperij

rij Ducibusq; ardor, qui in arenam prima luce descendentes, ad occasum solis & hostis fugam, ante signa conspicui stetere. CAROLVS Princeps LOTARINGVS Cæsarei Exercitū Generissimus, MAXIMILIANVS Bauarus, ac Saxo Electores, VALDECCVS Imperialibus copijs impositus Ductor; LVDOVICVS Badensis MARCIO, bellici consilij Praeses. IULIVS FRANCISCVS Dux Lauenburgicus, etiam CAROLVS Dux CROIVS è sclopæto vulneratus: altero eiusdem sanguinis Duce, multis confessis vulneribus, ex quibus dein extrellum diem obiit. Claruere præterea è Tribunis, STRALSONDVS Bauaricorum Locum tenens, Æneas Comes Caprara Cæsareani Equitatus Magister, RABATA, DVNEVALDIVS, CAROLVS Comes PALFIVS, Hungarorum Cæsari militantium Ductor, GONDOLA, TAFFE, BARO à MEREZ, HALEVILLIVS, MONTECVULLI, GÖZIVS, Equitum quos RAYTROS vocant Praefecti. Tum SCHÖLTIUS Comes, STYROMA, HEYSTERVS, QUEFSTEIN, KARAFFA, SCHARFENBERGVS, HERBELLIVVS, Desultoriorum (alias Dragoni) legionibus impositi. NICOLAVS Comes LODRONIVS, KIERAVS RICCIARDINVS, tum alij turmis Croatatum impetrabant, reliquorum non segnis nomenclator adfessi, si quantum famam armis, ita transmissa notione sui, memoriā probatæ virtutis procurassent.

Victor Exercitus, ultra Castra Turcica (aliquot legionibus custodiæ causâ introductis) noctem exegit; et si Turcæ impermuniendis Castris, vix quidquam operæ locent, aperto campo invincibiles se existimando. Molesta nox ea, æstu & labore fatigato militi, qui accinctus, iejunus, ex somnis in triduum egit, neq; tunc armis exui permisum, sparso rumore, Wezvrum infelis diei fortunam, nocturno prælio sarcire velle: sed super hæc, granis ex eiectione Castrorum fætor, super incubantes caderibus legiones intolerabiliter afficiebat. Certè mirum fuit, quomodo delicate naris gens, eam graueolentis aëris molestiam perferre potuerit. Accessit quod Pyrius terræ suppositus, erumpentibus subito incendijs, humi recubantes nostros territaret. Istius saccos aut vase, Turcæ ante prælum sparsim defoderant,

recepturi si viciissent; si secus alea caderet, in nihilum redacturi, nè victor potiretur. Et defessi illi addiderant somites, ut lente subiit terram deflagrantes, ubi succendisset pyrum ignis, horribiles flamas, non sine noxio proximorum afflatus ederebant. Nec incognito per noctem malo obuiari potuit, ingenti Castrensis elementi dispedio: nisi quidquid haecenus molestum emolliret victoria, ut tunc strenue parta, ita admodum cautè habita.

Sed Vienna maximè præsentis victoriæ fructu lætata est, Vtbs opulenta & frequens, & quæ iam ab extremo discrimine non procul distare etiam à cordatissimis censeretur. Eius à meridie latus intercisa torrentibus varijs camporum planicies subit; tergum & in Aquilonem vergentia Montes Cæsij cum Danubio claudunt. Nec tamen aut flumen, aut Montes opportunitati Vrbis incommodant, cui vtriq; elemento, peculiares insunt à natura dotes. Nam in aquis, præcipue flumine nauigabili, quæ commoda ac necessitas? etiam in ipso inaccessarum rupium horrore, inuenias vsum: Hinc arbores, ligna cædua, aliaq; nemorosa plaga vicinæ vrbi ministrat; sed quod maximè ad vitæ vsum conductit, declinia montium vineis consita, ad felicem racemis vindemiam, suo autumno populum vocant; qui laboris impiger, replet ædium infima expresso torcularibus mero, non magis generoso quam abundante. Ita horrorem montium fertilitas, sterilitatem vindemiam, naturæ solitudinem prouentus exuberantia vincit. Ea Viennæ commoda, quibus tunc interuersis, ipsa in in tertium mensē remissa, vrgbatur obsidione. Habant concussi tormentis muri, solo æquatæ turres, deiecta templorum culmina; vel ipso Augustali Palatio miserum in modum deformato. Sed quod periculosis, interiacentem manijs, ac hostium Ratioñi aream, adeò dissecerat cuniculorum vehementia, ut continuaria ad interuallum tritæ hastæ ruina, aut Vrbis necessario dedi; aut ab hoste violenter irrupi potuerit. Nihilominus vrbis fatum, sed magis venturi spes auxiliij, non ultra sextiduum tolerabile discrimen, diuinitus morabantur. Et adfuit pro tempore *in manu Dei viuentis virtus*. Nam ut viirices Christianorum Aquilas

Turcæ

Turcarum tergo insisterem Staremburgus vidit, etiam ipse nouissimo connisu lacertos mouens, in media hostium opera erupit, complures Ianczarios, in continuandam impressionem relictos concidit aut caput; abitu suorum desertos, & ideo tantum stationi quia fugere non poterant insistentes. Ita finijt obsidium Viennæ, cui ultra XXXX. Mill: Turcarum impedit Wezyrus: ac qui insuper, liberationi eius probro fugacis animi litaret. Eam benè ante obsederat Solymanus Imperator, sub Annū Ch: 1529, ingenti armorum vi, & apparatu subigendam destinans. Verum spei irritus abscessit, tuente locum fortissimo Herœ. PHILIPPO RHENI Palatino, ac feliciter defensam Imperatori suo restituente. Idem nunc RUDGERVS ERNESTVS Comes Staremburgus, Gubernator præstítit, famâ & perennitate Nominis dignus, industriâ, vigilantiâ, prouisu, negotio par, etiam peruvicax aduersus metum.

Placuit dehinc REGI, inire Vrbem, non ut ante visam, ac nunc obsidij malis, squallentem spectaret, at quominus pertinacis vtrinque virtutis vestigia præsens intueretur. Obuium excipiebat Vrbis Praefectus, humillimè Maiestati Regiae ad geniculans, monstrabatq; ut Turcæ superatis exterioribus munitionibus ac prætentura (contra scarpæ) disiecta, molem cornuti operis, inter Palatum Augustale ac Lobel munitum, violentia Cuniculorum (minij) suggesti, prope suam effecissent, vnde pertinaciter insistentibus, breve restaret in subigendam Vrbem iter. Attentus inspexit RE ex semirutas moles, stopendos eiecta tellure hiatus, via obsidionalis tractum, subterraneos pro cuniculis ductus ac multiplices Meandros, operosâ sane industriâ elaboratos; ast in summum nihil pro futuro conamine, DEO pro suis pugnante. Verborum dehinc officia non ineleganter à Starembergo adiecta, quo gratam mentem liberatori suo & Vrbis testaretur; vicissim à Rege paria meritis encomia recipiens; grande virtuti præmium, à fortissimo strenuum laudari; id insuper fauoris Regij documentum consecutus, vt in domum eius sumpturus prandium cum Electore Bauaro concederet. Ad Regij aduentus fa-

mam tota Vrbe diffusam, turmatim populus, spectandi audius con-
currebat; plateæ, ostia, fencistræ, tecta, nec ullus unde conspici
posset angulus, spectatore vacauit. In transeuntem acclama-
tiones laudesq; congestæ; quas ipse per Germanos latèri adhæ-
rentes moderandas, silentio mandabat, aut concitato equi vesti-
gio effugiebat. Apud Staremburgum prandenti, Cæsar per lite-
ras manu propria exaratas, mox Viennæ se ad futurum scripsit,
tantum hospitem à condita Vrbe, vix altera vice eam ingressum,
ex condigno tractatus. Verum R-E x sub vesperam concessit
in Castra, ubiq; molesto accursu populi viam obstruente, cùm
præter liberatæ Vrbis beneficium, lecta per triduum in Castris
Turcicis, Viennensi plebi spolia, geminata m excitatent gratitu-
dinem. Erat tamen, ut aliquantum plus Poloni in incolis Vrbis,
necessariae humanitatis desiderarent: quos vulneribus semineces,
aut morbis confectos, non modò fomentis, in vitam necessariis
nemo iuuit, sed receptum in ædes aut hospitia ægrè repertiebant.
Compta scribo, morbo tunc ipse conflictatus, cui primum Vi-
ennam vidisse, nec hospitium inuenisse licuit. Sed forte ut Ad-
uenis in amplissima Vrbe, uon vsq; benè eset, faciebat, nondum
reddita incolis pristina mens, ac in permixta tot gentium collu-
cie, districti pluribus haud sufficiebant vniuersis.

Decimâ quartâ Septembribus, Exercitus ab urbe iam aëre graui-
jam insectis, quibus ex putredine humorū germe molestat. Ca-
stris, quæ densius queretū a tergo clauderet, in ripa Danubij con-
sedere. Non gramen hic per circumfitam oram, aut frutices, non
segetis alicuius copia; ubiq; protritum equorum vestigijs sabur-
lum, ac quidquid viret a transeuntibus Turcis absumptum. Vir-
de quercum folijs ac frondibus equos alere necessum fuit, nè
tum quidem postquam pampinos consumperant esu quercinæ;
maciem deponentes. Diffugientibus Turcis lætus Cæsar nuni-
cius affertur, de insigni victoria, simul & præsenti liberatione Ur-
bis; quod utrumq; LOTARINGVS Ptineeps per AVENS PERG Comi-
tem festinanter significabat. Is haud uorâ nauigijs DVRENSTER-
NIO, Claustroburgum soluens, celerem abitum remigijs prono-
amne-

amne festinari præcepit. Interim prænuntij Cæsarem venire aſ-
ferebant, qui per viam non sine cordolio aſperxit, redactæ in cine-
res Austriae ſuæ vastitatem. Solatio fuit Viennam intra muros
inueniſſe, tum vafatoris hosti, fugâ & ereptis ſpolijs reponitum ta-
lionem. Placuit ſubinde, quibus apud Principes rerum Ordinum in-
cumbit, vt CÆSAR ac REX, rato & grato ſpectaculo congreſ-
ſuri, diſſuſa planicie explerent in pro patulo ſalutandi officia: ac
dum inclyti Orbis Christiani Monarchæ, duraturæ pignus amici-
tæ, dexteras iungunt, Mundi ac Exercitus ſui aſpicerent, cæteri
Principes concordiæ effectum imitarentur. Dum lento equi ve-
ſtigio incedit CÆSAR, interim ſtetere inſtructæ, qua Germana,
qua Polona acies, utriſq; quos Spiritus in prælio geſterant; vultu
referentibus. Apud Schuechetum Polonis ſatio, qui confertis
ordinibus ſuo more ſtetere ſub signis: Vbiq; tubæ ac tormento-
rum boātus, & quo alio ciere Martem ſono apud militares foli-
tum, reſonabant. Superuentu CÆSARIS, REX Polonus pergit
obuiam, donec eo ventum, vt tradere manum, & miſcere am-
plexus poſſent. Tum verò amici geſtus, arrifus placidi, breuia
pro more Maiestatis verba, aut pro grauitate silentium. Post-
quam verò mutuo obtutu aliquantum defixi egerant, tunc CÆ-
SAR LEO POLDVS. Deimus eſt (inquit) Sereniffime REX, quod
aduersus hereditarium nominis Crucifixi boſtem, idem ipſe Altissimus
rem Christianam proſpero Viennensis pralij ſucceffu, adiutam voluifet.
Cuius victoria poſt Deum magnam partem deberi Maiestati Tuæ, auxilia-
tori fortissimo, non fateri modo, ſed apud Orbem Telliem ſe, Viennam ſuam
ad posteritatem aeternum fore monumentum. Hæc preſſe elocutus,
iterum Regem amplexu peramanter stringit. Aequè REX capitis
ac corporis decoro motu, venerationem muuam reponuit, ad-
diditq; Latinè Verba, quibus exhibitorum auxiliorum opus mo-
destissime extenuaret; itidem breuiter, vt pro quo recentia facta
loquerentur. Mox IACOBVS PRINCEPS Cæſarem Venera-
bundus ſalutauit; deinceps utriusq; Proceres, Poloni Cæſaris
Germani Regis, oscula manibus imprimentes: Rege ut quisq;
ſuorum ex ordine veniebat, cognomen ſalutantis & dignitatem

expo-

exponente. Deinde Exercitui, qui pone stabant visendo, digreditur Cæsar, signiferis in prætereuntis venerationem, Aquilas Polonas deorsum ex mandato demittentibus. Præcipue Hussarorum robur & arma prope conspicatus, genus militiae laudauit, à suis edoctus, quam validus in prælia hastarum turbo, nupera acie Turcas permisuisse. Post digressi ab invicem Principes, de prosequendi belli rationibus, per internuntios egere; cum vtriq; mutua conuersatione frui non diu vacaret, tūm quod magna consilia opportuniū secretò expediuntur. Etiam quo ad posteritatem libertatæ Viennæ transmitteretur memoria, Cæsar ex auro argentoq; cudere nummos iussit, Imperialis Taleri valore & quantitate. Vidi etiam ego, quia rarum inter nostrates xenium aspicere tantum licuit. In una parte, exstabat super globum Terraqueum Vrbis ob sessæ typus & forma, quam super aquila expansis alis ferebatur, additâ Epigraphe, Sub umbra alarum. In altera inscriptum erat. Anno Cb. 1683. Die 14. Iulij, Vienna Austria à Turcis ob sessa, sed protectore Altissimo, LEOPOLDI PRIMI Imperatoris industria & consilio; REGIS Polonia IOANNIS TERTII presentia & valido auxilio; Duce LOTARINGO Cæsar's locum tenente Generali; Comite Starenbergo, Vrbis Commandante, in persona succurrentibus; Bauaro, Saxone, & Imperij subsidio, cum Comite de W ALDEK; Capitan: Deputat: Präsidens: Vienensem denique Universitatis Senatus, Officialium, Ciuium & Incolarum concordi obsequio, profigato boſte, Anno Cb 1683. Die 12. Septem: liberata Vienna.

Sed cuso nummi, superficialis tantum, ob liberatarum Vrbium memoriam, solennitas est: magis rara & memorabilis coronatorum capitum felicitas, videre & aspici; quod etiam simpliciore majorum suo prodigijs locum obtinuit; vt argutè exclamaret aliquis. O misera sapè potentiam, in quarar & felicitatis est, ad bona priuatorum, nec suspecti commercij humanitatem peruenire. Addo ego, minus inuidendam Regum conditionem, quibus vel dediscere vel frangere naturam hominis necessum. Parem dignitate non aspiciunt; moribus & dignatione similem amare non datur, agere & pati, nisi secretis, & per alios licet. Si amico opus,

Opus, charta, lingua, aut emissarij arbitrio paratur. Ita Maestatis deterior statu subditi conditio, cui pares estimatione, amandos oculis, amicos alloquio, discernere aut conciliare fas. Quod si ex Astris Planetarum coniunctiones, prospera aut contra, sublunari Orbi portendunt, quidni Monarcharum, ut rari, ita auspiciati congressus, bona spei omen, subiectis Populis largiantur? Memorant Annales, à Casimiro Magno Rege Poloniæ, Carolum IV. Romanorum Imperatorem, Ludouicum Hungariae, Petrum Cypri, Sigismundum Daniæ Reges, sub Annum Ch. 1363 hospitio exceptos Cracoviæ. Posterius item Anno Ch: 1515. Vladislaus Hungariae ac Boemiarum, cum Sigismundo Primo Poloniæ, Reges, Maximilianum Cesarem in Austria conuenere. Rara hæc fuit temporum felicitas, ingens sanè eius saculi gloria. Sed sponsum Cesarem comitati in Poloniam auspices Reges, hilaria tantum nuptiarum exegerant; aut Maximiliano congressi aduenæ Serenissimi, Infantum duntaxat liberorum connubia, Viennæ stipulabantur: nunc CÆSAR ac REX, urtua opera, ac reciproco vsu Victores, non iam spes, aut sollicitudinem in futura, sed presentis Victoriae fructum, metuue; in subiectos populos aur hostem distribuebant.

Depulso Austriae visceribus hoste, maior supererat labor insequi abeunte, quam vicisse armatum; cum exinanita commeatuora, ingentibus alendis copijs impar esset, & confectas inedia obiecere redeundi Wezyro, discriminorum videretur referentibus captiuis, maioris virtutis opus eum edere meditari, si fugantum, non clade prostratus, ac post plagam animosior, rurius arma in Christianos verteret. In restaurandam partium fortunam, præstò aderat impulsor Thokolius, quid in Cesarem Leopoldum ausus, tum demum agnoscens, ubi fracto Turcae patrocinio propior pœna metus, nimios illos adipiscendi diadematis spiritus, sensim excuteret. Ergo quod credibile, ingenium & fæsus huc verit, ut prensato in reconciliandum Cesarem, Rege Polono, rursus in reparandas Vires accenderet Wezryum; alias impavidum, & cui nisi sorte per arma restituta, ad Sołtanum suum

um redire plenum discriminis foret. Talia dūm metu aut nouissimā desperatione apud Budam agitantur, adfuit mox Constantinopoli cum literis Czauius, etiam in adiuncto Wezyro dona ab Imperatore ferens, gnauiter gerendi belli instinctum, ac documentum fauoris. Erant Vexillum, clava Imperatoria, vestis auro texta, instratus equus, haud obscura in erigendum post cladem animum illicia: suspicati barbaro, superficie tenuis aestimata. Heri sui ingenium altius pernoscendi. Sed talia accipi oportuit alacriter, velut insigne gratiæ opus: præsertim cum auxilio venirent, recentes Turcarum copiæ, triginta Mill.: numerum superantes, præter Adzygereum Scytham, totidem suorum adducentem. Reserebat iste prouæctionis gratiam, quod priore Hanno exautorato, à Wezyro in Principatum Tauricæ recens prouheretur. Hinc ex metu Barbaris fiducia, & in spes nouas animus.

Die xix. Septem: ob nuperam Victoriam R. e x. octidiale Sacrum celebri solennitate exegit; sub tremendum Missæ Sacrificiū genu flexus, & postquam Ecclesiastes facundè in rem præsentem differuerat, editus demum è machinis fragor, quo Castra & circumiecti Danubio montes latè retonuere. Possonium dehinc ventum Hungarici iuris Vrbem, cuius in edito colle arx firmo Caesaris præsidio tenetur; Vrbe ipsâ à Turcis propterantibus Viennam, sine noxa in tempus transmissâ. Hic in latè patentibus pratis constitè Exercitus, medio inter Castra & Vrbem defluente Danubio: ac interueniente sextidui mora, donec ponte tralatatio amnis brachia sternerentur. Isthic in Insulam Schut distans trajectum, quæ à Possonio incipiens, ad Commarum usq; duodecim milliarium spatio, in longum protenditur. Sub hæc notabiliter apud nos minuebantur numeri militares, morbis aut crebris funeribus adeò, ut potiorem Exercitū partem ijs corripi palam esset. Id egere, dierum ardor, noctium frigus, in corpora mitiori sub sole nata, valida antiperistasi pugnando; iam in opia panis, aut macilentæ bouinæ esus, crudior in potum Danubij aqua, vinum deniq; acre, natiuo è tritico liquori assuetos, molestissimo

stissimo ventris profluvio affligebant. Dissenteriam Medici vocant, fortè quod à natura hominis dissentiens, ingestos concoctioni stomachi cibos, per exulcerata ilia, cum dolore & cruento ejiciat. Eo castrensi malo, rarus quisq; tam è Germanis, quam Polonis non Vexatus, præcipue Legionarijs lethali Symptoma te. Extinctus WIELOHORSKI, Wołhyniæ Castellanus, diuturna probatus militia, etiam Filius, dum Parentis bustum in Poloniam deportat, eodem lethi genere interit. VLADISLAVS item WILCZKOWSKI LVBO MIRII Sandomiriensis Praefecti, REMIGIANVS, STZAKOWSKI POTOCII Cracoviensis Palatini, etiam DYDYNISKI cum plurimis alijs optionibus sublati, cuncta remedia peruvicaci morbo respuente. A quo item PRZEBOROWSKI; REGIS, è Societate IESV, Theologus vitam finiret, cui & Medici & Pharmacopæ copia esset. Unde è Castris Possonium ægri militis recursu facto, adeò Vrbs ista morbidis, aut funeribus referta fuit, ut generale quoddam Nosocomium videatur.

At Thokolius, quid erga se Germanis animi, ac quantum alacritatis in prosequendum bellum Polonis supereret, per submissos, sublesta ut patuit fide, experiebatur. Iura Diuina humanaq; tractis in Partes Turcis interuertisse liquido constabat; læsa Cæsareæ Maiestatis crimine, vel scipio Iudicę absolui nequivat; Germanorum odio, Hungarorum execrationibus, Polonorum armis, Turcarum ob cladem indignatione, damnatum se non noscias, in omnes figuræ versatilis, quo se daret agitauit: cuncta illi desperata, parum à quoquam opis aut fiducia; Cæsaris festinatior reconciliatio suspecta, transfugium a Turcis, probri & diseriminis plenum, Quid faceret? in extremis solers, nihil sibi Poloni Regis protectione tutius præuidebat, insigni clementia Principe, & cui recenti auxiliorum merito, coacti in arma Thokolij demeritum, à Cæsare condonari pareret. Ergo Ab salonem, sub fide publica, delegat, qui non usq; tenaces societas Turcicæ Hungaros nuntiaret Regi, simul ciuilis defectionis nefas, notabili facinore repensuros promitteret; modo REX

interpositione suâ vltionem moraretur, emoliretq; Cæsaris iram, mox ei vniuersæ Hungariæ exitio, nisi supplicibus parcit, constitutam. Sed perfidia & simulatio, cognata inuicem artes, superficiali verborum apparatu haud inuolui poterant; apud eum præfertim Regem, qui nuper, simile CHMIELNICII expertus ingenium, & Crocodyli lachrymas, nunquam magis, quam vbi fusæ nocentiores, probè intelligeret. Ast non leue habiturus ad famam argumentum, tum quod segregari à Turcis Hungaros, è re belli gerendi existimaret, interpositionem non negauit, si modo Hungari, è iurata Barbarorum societate, commisum in Cæsarem Maiestatis crimen, in posterum fide & merito melioribus diluerent. Hic Rhodus, hic saltus, vt probarentur opere, quæ proponebantur sermonibus. Sed uno pede apud Regem, altero apud Turcam subsistere arduum fuit. Quid ergo facit? (quæ olim Hebræo Absaloni crinum superfluitas, eadem Tekelianæ verborum fuit) ambagibus ludit, querelas miscet, animos promissis implet, sanè Logicus sine conclusione: tempus interea luci faciens, quo reparatis vitibus, iterum fortunam suam, & spes Hungarorum Wezyrus erigeret. Etsi intellecta probè ars, attamen molliter responsum, ac subinde ad Cæsarem delegati, qui intimiora sensa exquirerent.

1.

Permeante Austriae oras Exercitu, etsi vbiq; dira soitudo, maximè tamen templorum abominabilis desolatio apparebat; quorum nuda exustis tectis mænia, intus cadavera, parietes crux aut tabo oblii conspiciebantur. Id ab immanitate Turcicæ an rabie Calvinistica prouenerit, incertum; nam & isti in Sacra nostra ultra Barbarorum truculentiam feruntur. Fortè per exustum oppidum transeunti Supremo Duci IABUNOVIO plauxit ingredi templum, etsi in præsens igne penitus desolatum; vbi intrò reperit imaginem, Lauretani in formam iconis coloribus depictam, sed cuius pectus globo aut telo medioteñus disruptum esset. Ergo mirabundus indignatur barbaræ manu, stolidè in innoxiam imaginem crudeli, simul cohærentem scripturam legit; etiamq; maioribus literis exaratam; uno latere. In hac imagine vinces;

ces IOANNES, in altero. in hac imagine IOANNES Victor ero. Lætus accipit Dux omen & imaginem, ac ne impostura aliqua in absentandum composita illuderet, exquirendo comperit, eam imaginem diu antè inter tuppellestilem Templi habitam; oppidum verò ante trinos menses exustum, nè vnum quidem Incolam vivum, post abitum Turcarum habuisse. Facile præterea ex literis coloribusq; situ diurno obsoletis, conisci poterat, Diuinitus præmonstratam victoriam, cùm qui illuderent credulis, Pictores, & Poëtae, et si maximè bellicis ingenium exerceant, non soleant tamen inter operas castrenses connumerari. Hungari olim DEIPARAM in Nummis suis, Reginam Hungariæ signauere; abrogante post titulum hæresi, offert se Polonia, quæ Cælorum Imperatrici, Regni sui Diadema substernens, ab hæ Regina regnari amet. Ergo redit cum fænore oblatio, & non frustra Nomen IOANNIS, Victori tribuit fatidicus, quisquis ille fuerit; nempe ut post mortem IOANNIS ZAPOLII Hungariæ Regis, primo Turcæ, mox Hæresis irrupere Hungariam, ita vtraq; hæc pestis, IOANNI III. Poloniarum REGI fataliter isthic expugnanda erat.

Neq; Schut Insula, à Turcis (vt relatum fuit,) intata famelico Exerciti ad victum satisfecit, nisi alicubi fæni copiam, etiam nonnihil manipularis segetis, in pabulum equis subministrando. Pastillus panis inter obsonia habitus, & congius cereuisiæ Talero venalis, nec acquiri pro morbidis potuit, & qui aduersus sitim potando, mero non assuescent. Restixerat siquidem Germanorum liberalitas, in subministrandis prono Danubio commeatus, quos ante Viennam affatim nostris dederant, iam tunc presente inediâ, gratiore officio; & dum in suorum tantum usum alimenta submittunt, iustum ex subtractis iram & murmur in Polonis excitabant. Hinc fuit, vt REX et si generosè subticens, aut dissimulans tamen cursum armorū ob victus penuriā retardari, dolens Cardinali Barberino Romam scriberet; quatenus Pontificij annonæ curatores, ad victum necessaria submitterent; breui enim fore, vt commeatu & pabulo refectis equis, arma Christi-

ana in profundiores hostium ditiones, proferre liceret, quibus interim ad ripam Danubij otiari necessum sit. Sed commercia litterarum nihil ad famam, satius pane, quam papyro expugnandam. Hinc murmura passim inter Militem, & acerba Exercitus in Hungariam traducti exaggeratio, ab iis maxime, quibus palam defere Principem nefas, & Patrij soli desiderium altius insequitur. Et erat aliquis, qui suggereret. Quorsum verò trahimur? fortè ut liberatà Viennā, uno impetu Constantinopolim obsideamus. Id demum pretium fama, et immortalitati laurus superaddenda restat. Sed tenues conamur grandia. Subigendum prius viuarum, expugnanda Buda est, permeanda Silistria, & quidquid ista Euxini parte Turicum; ut de Scythis, velut certo transfugio, in partes Christianorum transgressuris, simileam. Sed auarè nimium spes hominum agunt, & impotentis animi imaginatio plura concipit quam retinet. Ad Viennam nobis respectus Patriæ, quietis desiderium, satietas deniq; gloria, occurrere debuit, ne intra spatia imaginaria Orbis domitores: famis in Hungaria enecet: vel saltim debilitatos hosti prostituat. Quod si Turcas ex Hungaria exterminari conductit Germanis, utiq; primi in causam descenderent, commeatu Polonos inuarent, Casar ipse proprior periculo, animos suorum, sociorumque hortamentis, liberalitate, annonā, erigeret. Sed per Epistolas solummodo mala nostra ad aures admittit, neq; tangit externum patricij sanguinis iactura, qua eidem securitatem & victorias parit. Nam cur Elector Saxo cum Exercitu reuersus? copia Imperij subsidiaria notabiliter diminuta? Thokoli toties supplicantis reiecta submissio? deniq; degata immisericorditer alimenta ijs, qui pro aliena incolumente sanguinem & vitam haud parcè profunderent. Iam verò classicum Imperator cani iube, pariturus utiq; miles, sed fame enecor. Saniora contra hæc alij, & potiores; nempe. Abundè quidem apud Viennam litatum gloria, ast non securitati; irritato magis, quam victo Wezyro, ut qui à Turcis indomita bestia dicatur, Christianorum sanguinis audius, suorum prodigus. Sed respirare opus, imò sanè nisi tadeat duorum aut trium dierum itineris, ut emensis, qua hostium populationibus vastata oræ, in panu illud, ac horreum interioris Pannonia Exercitus introeant, ubi non modo armam expellant, frugibus Hungaricis, sed & loculos opibus Turcarum.

rum. Sed Morauiam reficiendis Polonis destinat Cæsar? Fieri posse, quando bello defuncti, & statim in hostico transfererint. Neq; unius Provincie terminis Imperatoriam liberalitatem circumscribendam in eos, quos constantia lauru coronandos iudicauerit. Iam verò medio ex belli astu subduci, non absimile fugae probrum, ac quadam inconstantis animi labes. Factum sane rebus Wczyri conducibile, qui abolenda ignominia cupidus, & Viennæ obsidium iterum repeat, & Polonus, clavis memor, à ceteris segregatos Christianis, opportunè ulciscetur. Sed quisquis ille concitor talium, non per tumultum militarem, aut nocturnos catus; sed palam exponat, credo prouidus REX concedet domitionem exordi populo, fruges tantum consumere nato, exoluensq; baltheo cum Gedeone tales, quibus siti levanda ad fontem acclinari graue. Ea tunc passim nec obscurè iacta, et si continuâ praxi cognitum sit, militem ut affluentia rerum lasciuire, ita penuria tumultuari; nihilominus sublatâ causâ, facilis in Officium reducis ex inopia turbidos, quam ad disciplinam reuocaueris luxu disolutos.

Pet Insulam nè segne iter eslet, REX studio Iaurinum deflexit, Germanis Raba à Fluuio cognomine, incolis Dziawarynum vulgariter dictum, videndo famoso illi fortalicio, quod citra fabulas, multi primariam Europæ arcem asserunt. Eam ante a Go sæculo nimis Annò Ch: 1594. Sinan Passa eripuerat Cæsaricus, festinatam ditionem, Comite FERDINANDO ab HARDECK, capitis supplicio expiante. Post aliquot demum annorum spatum, stratagemmate aut fame compulsi Turcae, Austriacis dedidere. Präterat nunc loco sub Gubernatoris Generalis nomine HERMANVS BADÆ Marchio, sed cuius absentis vices obiret, Baro de Vallis legionibus Germanicis impositus; nam hic præsidium Hungarorum quoq; agitat, quorum caput Comes ESTERHAZIVS, propè trecentorum Equitum comitatu prodibat obuius Regi, nobilitate Hungaricâ septus. Primitum templum intrantem, S. Georgij Abbas Clero circumfusus magnifice salutauit, repetitis ad nauseam encomijs, quæ REX Numinis regiūs adscribenda voluisset. Iaurini situs raritate suâ maximè commendatur, naturâ & arte in certamen prodeuntibus,

bus, vtra plūs loco contulerit? Planities vndiq; spatioſa, ſub eſt
ager frugis qualifeunq; ferax, hinc referta viciſ Oppidisq; Regio,
nunc vastata aut deserta per bellī iniurias. Hic Raba, flumen,
multorum aquas torrentium in Danubium euoluit, cuius vtraq;
ripa pratis herbida, etiam latē conuicta nemoribus, non ma-
gis opimo paſtu armenta nutrit, quām arborum frondibus obte-
git, contra cæli ardiores. Vrbem adulto opere mænia, & hæc
ſeptem moles ſeu externæ munitiones (Rauelynij) includunt,
pro loci ſitu, præſidio & annonā competentibus. Dispexit REX
cuncta, & poſtquam ad mensas ventum, mirā comitate urbanio-
ribusq; iocis inter militares reliquum diei tranſegit.

Ad Comarrum tandem, ſeu Komoram, non inferius Iauri-
no propugnaculum ventum eſt, quod aliquoties Turcis irrito
euentu in expugnandum tentatum, intactæ Virginis titulum in
hanc diem vſurpat. Arcem gemino latere, diuortiatus ambit
Danubius, alia parte latiſſima fossa circumuoluit; quæ deriuat-
is ē flumine per catarractas aquis, ſubitō impleri aut exſiccari fa-
cile possit. Præſidium in arce ad quinq; millia reducebatur, niſi
morbi diminuiffent numeros, loci Præfustum agente CAROLO
Comite ab HOFFKIRCHEN, Cæſaris Colonello, nam Vrbem
ut ex ruderibus patuit per amplam igne hostis deleuerat. Exta-
bat h̄ic ad viam publicam, crassiori ſtipiti confixum barbati ho-
minis caput, ſub quo viginti paxillis transuersim actis, totidem
aliorum appensa ſuberant. Hungaros fuisse detonsi in morem
gentis crines, ob peruicaciter Cæſari ſeruatam fidem supplicio
affectos, narratum memini.

Superueniebant interea notabilia Exercitus Regij ſupplemen-
ta, STEPHANO CZARNIECKI Campeſtri Exercituum Nota-
rio, ac IOSEPHO LVBOMIRSKI Sandomiriensi Præfeſio,
cum egregio bis mille propè comitatu, in Caſtra allapsis. Quin
etiam ab Electore Brandenburgico, Mille quingenti pedites, ex
FEVDI BORVSSI nexu, ſub Generali TRVCHSESSIO aderant;
in ſuper Mille ducenti Cosaci, meliori quām olim ſide, & campo,
contra Turcas militaturi, præſto fuere: Lithuanos velut aliquo
fascino

fascino tardarentur, segni itinere Poloniā emēsos, venturī nec adesse, multiplices ferebant nuntij; abscondita tardi aduentū causa, etsi non infra rem erat, rebelles Hungaros, ostentatione virium, eius gentis, à tergo distraxisse.

Quum apud Comarrum REX cum suis, & LOTARINGVS cum Cæsareanis, extreum Danubij brachium traiiciunt, in consilio militari agitatum fuit, in quam partem Hungariæ, ex vsu victorum arma verterentur. Neuheysel seu Nouæ Arces, Comarro geminâ leucâ distantes, haud ignobile munimentum sex millibus Turcarum præsidio tenebantur, comportatis antè defensioni necessarijs, quantum satis; etiam Wezyrus obiter submissis trecentis farinæ fassis, dum fami prouidet, animos Præsidiorum certo succursu, si oppugnarentur, erexerat. Iam vero intentatas prætergredi, non pro animo victorum; integras à tergo relinquere incongruens, nec ex regula bellandi videbatur. Et rumor publicus inclinavit, destinatis Regem vniuersi Exercitus viribus aggredi fortalitium id, cum & peritos recognoscendo loco submitteret, & pabulatorum turmæ conquirendis commetibus huc se darent. Sed patuit arte sparsum rumorem, ut ostentatione armorum Nouæ Arces, subitâ impressione Buda quateretur. Mansit demum in secretiori consilio decisum, transmittendas in tempus eas, si destinata succedunt, minore negotio & commodius posthac tentandam; interea in vleriora hostilis ditionis usque ad Pestum penetrare, quod in citeriore fluminis ripa, ac velut Budæ brachium, Wezyrus in oculis inuadi haud pateretur. Ast sententia vicit eorum, qui Strigonium versus tendere, pontemq; constructum occupare aut deicere suadebant. A Comarro itaq; instituta profectio fuit, concordibus exploratorum & captiuerum narratis, nullos ea parte Danubij Turcas comparere, nisi qui pro custodia pontis apud oppidum Parkan excubarent. Ita Fato impellente positi rumores ante salutem, auxitq; nimia securitas discrimen, aliquantum grauiore hoste, dum contemnitur. Solito maturius REX è statuis morerat, etiam digressa Carragine (sic Ordo Curruum appellari solet)

folet vulgo Tabor) cum qua non modo lixæ in diuersa pabulum abierant; sed plurimi è commilitio, valetadinis, diurni caloris, friuolo obtenuit alij, à signis discessere, nullo imminentium metu, ne suspicione quidem. Præmissæ Excubitorum alæ quæ situm loci pontisq; præsidium apud Parkanum explorarent; additis Desultoriorum manipulis, si major ingrueret vi sustinendæ: donec Exercitus superueniret, cumulus prosperis, aut laborantes erecturus. Districte istis præceperat REX, ne se, etiam prouocante hoste, in confictum darent, omni possibili modo certamen declinando. Tendebat interea peditatus cum retormentaria ad Castra haud longe distixa; etiam Cæsareani extremum agmen claudere soliti, aliquot legiones præmiserant, reliquis Equitum alis per pridiana statua demorantibus. Hic circumacta fortuna victorum est, etsi subita calamitas claritudinem virtutis sæpius approbat, dum experitur. Triste fateor experimentum, & nimisquam funesta Polonis clarescendi matres. Sanè atrocem casum horresco referens, prætermisstus non illibenter, nisi veritas & secundiore actu reparata clades, ut læta aut tristia, prospera vel aduersa, euenere; simpliciter memorari cogit: pari fide & narrationis filo, quod vitamq; Lex Historiæ exigit.

Post Viennense prælium multo acerjor & infestior Wczyrus, dum ab accepta ignominia stimulus, & recentes Imperatoris sui fauores impellunt, abolare maculam solitus agitabat. Nonis præcipue Arcibus ex fama timens; & post has Budæ; nec nisi flumine inter medio cursum victoriæ remotori intendens. In eum finem quidquid penes se veterani militis, etiam recentia supplementa, cum Kara Mehmet nouiter creato Budensi Bassa trans Danubium dimiserat, ut is aliquo notabili facinore, successus Christianorum præcideret. Spem nimis cuoientis auxit, sparsus rumor, velut Poloni relictis in obliuionem Wiwari seu Nouarum Arcium Cæsareanis, leui tantum ac ferentario agmine, ultiore Danubij ripa vagarentur. Itaq; pontem apud Parkanum nocte concubia transgressi, Turcae per subiectam oppido vallem, donec

donec lux clarius malo nostro in obserua^ti stetere. Summè pro illis faciebat locus, per depresso^m ripam vastior, qui mox in prominentia tumescentibus collibus occultatum agmen tegeret, non nisi è fastigijs collium conspicendum. Hinc factum, ut hostis simul videri & pugnare cogeret, nostris eo peruetis, unde retro viam, nisi conserta manu aperire non possent. Dum oppidum propè excusores hostium, à Polonis velitando excipiuntur, reliquum Turcarum à ripa Danubij agmen, in memores mandati ut eluderent vim nostros, enixe ferebatur. Re itaq; crepera ac vrente necessitate, signa signis collata; sed tantum obiter impetum morati, nostri mox numero impares, & velut diducta nassa inuoluti, compositis tamen in militarem recessum Ordinibus, retrouerterebant; Desultoriorum manipulis, hostem globorum procella excipientibus; egregio sane consilio, sed parum profuturo ausu, nisi vt nouissime edito virtutis specimine, pulchrius morentur. Quippe in hos agillimè inuesti Turci, dolendam edidere cladem, quod potior militia eius pars, vt explosione sclopetorum ingruentes arceret, Equis desilierat; hinc cædes major, mira hostium vincendi celeritate. Nam etsi Equites alæ per interualla circumactis cohortibus iterum atq; iterum saluandis in succursum verterentur; maiore tamen vi campo depulsæ, sparsim propellabantur.

REX, vbi aduentare simul imminere iugulo hostem conspicit, quam celerimè aciem instruxit, simulq; in cornua diductam inguentibus opponit. Equestre solummodo agmen erat, minor pars, dilapso milite, Exercitus, hinc consilium certamen morati; sed præcipitabat Budensis, collecto gradu in pugnam ruens, Primoq; successu ferox; insuper comparatione virium, quod admodum acies exilis esset, accendebat. Ergo alibi dispersa ostentans agemmittata, in dextrum cornu, quo TAB^LONOVIVS Generalis Dux stetit, effusissime inuehitur. Sustinet iste ante signa conspicuus impetum, imo repressa inguentium vi, ultra bina iugera loco submouet, spem amplexus, si tota acies insurgit, non diu Victoris Exercitus impetum, laturos Turcas. Ast

continuo incrementibus hostium ceteruis, quarum loco depresso
sio sub silentium quantitas hand facile recognosci potuit, ma-
nifestum discrimen suberat. Euryppo illi se iniijcere, vnde nisi
cum certa pernicie euadere non posset. Recrudescit enim ue-
lo prælium, iterato Turcis in idem IABLONOVII cornu incur-
rentibus; cum ecce fatali reliqui Exercitus in succursum morâ,
vehementissimo Barbarorum impulsu, acies nostra resoluti in re-
gressum caput. Hic REX elatiore voce, signiferos suis appellans
nominibus, conuerit signa iubebat, ter & ipse conuerso in restau-
randam pugnam equo connitens; idem Dux Generalis præstigit,
vtriq; ægre subducti periculo. VLADISLAUS DENHOFF Po-
meraniae Palatinus, postquam gemino assultu cohortem suam Ha-
statorum, in hostem inuixerat, per medium pectus e sclopo ictus
cadit; exterorum bellorum praxi innutritus, Turcico victima.
Ex æstu pugnae subdueebatur à suis sauciis, cuius in extremum
agonem fatiscaens, ac supra curam vitæ magnanimus, valedictis
qui exhibebant reducendi officium, neu cum moribundo gratis
periclitarentur, equo delabitur. Hero animam agenti, adstat
GV TOWSKI Polonus nobilis, ex constanti fide & obsequio
ante æstimatus, quæ etiam in extremis individuus probat, cum
Domino simul obtruncatus. Cadunt simul SIEMIANOWSKI
ac KALINSKI, hic DABSCII Plocensis Episcopi, ille BRA-
NIECII Branocensis Præfecti, Hastatarum Cohortium Optio-
nes; tum plurimi è nobili commilitio: præcipua Detulitorum
iactura, quorum ad duo Millia cecidere. È Turcarū in casos tru-
culentia, vt ne vnum quidem ex nostris teperitum cadaueret fue-
rit, quod exanime licet, non decapitassent. REX instaurare
aciem non valens, sero ac iam suspecta prælii fortunâ excessit,
summè periclitatus, quod tamen discrimen velut fataliter im-
missum, animose tulit. Neq; Turcae institere abeuntibus, recessum
ad stratagema referentes, maxime quod in conspectu Castra,
tanquam alterius Exercitus speciem oculis subiiciebant. Im-
minens nox partes diremit, prout sors dedit successu latae, aut
casui indignantes. Pro hoste loci opportunitas egit; nostris nî

mia securitas nocuit, ut qui viæ non prælio accincti irent. Verum nihil adeò malum, quod non aliquando possit esse ypsi. Inceditur vena ut sanctur homo; & sèpius ad valetudinem confert, ex humorum redundantia, aquâ intercute leuari. Durabilior felicitas censetur, aduersis interpolata. Reciproci in bello casus sunt, ut in mari æstus; mutuasq; mortes & vulnera, cotem virtutis Bellona habet. Post cæsos Consules, imo Patrem Patruumq; amissos, grande nomen ex deuicta Affrica Scipio meruit; post Minturnensis arundineti latibula Marius, de Cimbris triumphauit. Rotam volubili Orbe Fortuna versat, infima summis, summa imis, miscere gaudens. Præclare Macedo, qui Olimpico stadio, Dardanâ victoriâ, insuper Alexandro Filio austus, admodum circumspete cæcum hoc Numen habuit, exclamans. *O Fortuna, inquit, protot tantisq; beneficijs, etiam aduersitate aliqua, me affice.* Nam si Fortuna est, accidentium rerum subitus atq; inopinatus euentus, cur non potius ad Deum causam referam? apud quem nihil casuale, aut fortuitum, sed omnia prævisa, prouisa, & in se ordinata. Non defuere tunc qui iustæ Nemesis tribuerent, sequorem casum; ob tempa à pabulatoribus irreverenter habita, ac ad ysq; sacræ supellectilis rapinas, progres- sam insolentiam.

Tristis casus, in brevi spatio temporis, latiorem rerum faciem aperuit, nuperam iacturam celebri victoriâ, compensante Deo. Siquidem Wezyrus accepta Budæ per celeres nuntios prosperi successus notitiâ, tetricam illam leueri oris nubem discussisse, & iterum atq; irerum, an vera narrarentur ex adstantib^z percunctatus? Vbi qui interfuerant firmavere, omnes in Christianos diras effutiebat; simulq; Aulicum Comitatum (Delis) ex ratione supremi officij conduci solitum confessim amandauit, districte præcipiens quatenus Budensis, iterum aleam belli periclitaretur, vel si maximè decretorium certamen vitaret hostis, in ipsa etiam Castra impressionem faceret. Similem & Budensis spem concipiiebat, æmulabaturq; Wezyri sui ferociam; ac quod, altera post experimentum, die, in reparandam Fortunam non comparerent

200

Christiani; animo lapsos ac regressum meditari, censebat. Itaq;
victoriæ aut intercludendæ fugæ properus, notas sibi ac oppor-
tuinas valles ad Danubium occupans, summo mane quod in No-
nam Octobris incideret, in prælium instructam continuit aciem.
Idem præstítit REX, ac si mutuo indicta hostilitate, tum de tem-
pore & loco assensu partium conuenisset. Vno disciebant,
quod Barbarus stolidè ferox, & suis nimium viribus fidens; Chri-
stiani Numini supplices, profundioribus suspirijs è cælo preca-
rentur Victoria. Videbant erat confessione permultos animi
noxas expiate, orationibus cælestis implorare auxilium, sacro
viatico in quemq; castum refici; vel REGE ipso; dum Mystra incre-
mentum peragit sacrificium, altari humiliter assistente. Verum,
etsi Ethnicum dogma, *Coletibus Deum, prospera euenire, spernentibus
aduersa.* In breui fortuna, aut per hanc D E V S quid constituisset
explicat. Depressam Danubij ripam Turcæ studio occuparant
commoda sibi planicie; REX supera parte alurgentibus cam-
pis cum suis institit, eo modo ac ordine instructa acie, qualem
Viennensi prælio non incommodum vius probavit. Frontem
aciei Hastati, intermixtis Germanis Equitibus obtinebant; lori-
catorum alæ iustis spatijs locatae, tum demum legiōnēm peditum,
ac post condensatos Ordines machinæ, vbi inobseruatæ hosti co-
nocentiores. Præerat cum summo imperio Turcis, Kara Mehe-
met Bassa, Himbraimo nuper strangulato, in Budensi Præfectu-
ra suffectus, cui septem celebrioris Nominis Bassæ, tanquam su-
premi Wezyrij Vicario, suffragarentur.

Vbi Christiani sub ortum solis signa promovent, nec hostis
moratur, imo in conflictum ruit. Prima vis ingruebat iterum
IABLONOVIO Duci, in leuum cornu impressione adeo violentia,
ut sub ipsis nostrorum signis, aliquot notabiliores Turcæ cæde-
rentur. Quod ut conspectum REGI media acie subsistenti, mox
Hussaros hastas conterquere mandat, simul tormenta explosa
sunt, non cassis istibus confusos Turcas permiscentem Stataria,
si quando & memorabilis pugna fuit, non diu tamen acies ad-
uersa restitit; etsi modo acerrimè impulsis equis strenue rem eg-
gerentur,

reterent, vel reducendo habenatum gyratis equis prælium instaurarent; deinde pulsii, non pro pridianō successu viros ostendebant. Nam noxio hastifragio confusi, ubi Germanus eques simul & Poloni lanceati, utroque cornu prælium excipiunt, & prima acies nostræ linea, loco quem ante pugnam cæperat, immota subsistit; reliquis ad conserendam manum nedium venientibus, Turcae velut repercussa à pariete pilâ, fracti animo, resiliabant. Tribus tamen horis ancipiti Marte pugnatum; donec fusos ordines suorum Budensis reuocare impoſit, ac globo per utramque scapulam ictus, campo excederet. Interea horrenda strages aut captura; scutum ceruicibus imminet; è sclopis cominus aut eminus dantur vulnera & mortes, ferociore militis irâ, ubi nuperæ truculentia memor, & vltionis capax est; Polonis maximè in cædes æque abscessum immodicis. Expireatus latè campus eadaueribus sternitur; velut tales nuper cæsi Poloni, à commilitio inferias dari sibi poscerent. Nec stragi finis, quia nec fugæ. Qui in Grano flumine deprehensi, à lixis necabantur; Noxijs fugitiuis Danubius alueo maior, etiam discrimen geminauerat casus. Pônte sternebatur à Parkano Strigonium commeabilis; per hunc fugitiui, metu aut curâ vitæ versi, nitebantur, ut in aduersam ripam euaderent; cum impar oneri moles, disrumpitur, deiecitisq; in flumen qui supra tabulatum erant, Turcis, reliquis citeriore ripa, traiectum urgentibus, effugium præclusit. Nunquam piscofior quam tunc Danubius, nisi verius amphibia animalia dixisses, quæ terrena depulsa, aquas insilirent. Multis hic exitiabile balneum. Plurimi qui scaphas aut sintres nacti, sub nimio ingruentium onere, mergebantur; nudabant se alij quo agilius narent; exuebant vestes ne spoliarentur, & flumini salutem comittebant ut ferro subducerent. Nec istis qui se aquis commisere securior natatus, cum ubiq; Christianus miles capita nantium certissimis ictibus ferret; etiam libratores è machinis ex artis suæ disciplina, concisa è ferro missilia, in belluas fluviatiles dextrè iacularentur. Vnde præter deriuata in amnem sanguinis profluvia, cruentatus passim Danubius rubuerat. Parkanum ex fuga se recipientes,

entes, ne isthic quidem belle hospitati. Quippe Generalis Dux
 huc propere accurrens, legiones peditum in assultum oppidi or-
 dinavit. Iuere mox STANISLAUS MORSTIN Zatoriensis
 Vexilifer, Tribunus cum sua; ac THOBIAS KNOBELSDOR-
 FVS cum Palatini Podlachiae legionibꝫ, qui per pomaria infestis,
 explosionibus proturbatos Ianczaros, diu in resistendum perti-
 naces; demum superuentu suorum, fessam cum septo palorum,
 ad Danubium usq; pertingentem eadem impressione capiunt.
 Iterum hic recrudescit conflictus, propugnantibus oppidum Tur-
 cis; cadit è sclopo i tus WERETYCZ legionis legatus, ZA V-
 SKI commilito Hastatus è tormento sternitur; quippe & Stri-
 gonium ex aduersa Danubij ripa, & Parkanum nouissimo casu
 audaci , contorquebant in subeuntes Christianos è machinis
 tela. Ast differebant extrema, non effugiebant, nam altera parte
 LOTARINGVS, cuius eo pr lio vti semper insignis virtus eni-
 tuit, C sareanis accurrentibus oppidum inuadere pr cepit; et si
 iam Vexillum album suetam illis deditio[n]is tesseram, sursum
 tollerent. Quin etiam REX deditijs parc voluit, dato rece-
 ptui signo, si Victoria fr no regi patueret, ac ferrum retrahи, cu-
 ius infecti lemel vecors libido est: siquidem ferox successu miles,
 inuaso oppido nemini ferro & igne pepertit, donec ira & furor
 desederit. H c est illa mobilis apud Parkanum de Turcis Chri-
 stianorum Victoria, Viennensi si non celebrior, certe cruentior.
 Opimior illic pr da, hic plus sanguinis fusum; apud Viennam
 pro loco, ad Parkanum pro Victoria dimicatum; nunc strage
 ante fug  hostium, Triumphus stetit. Triginta sex Millia Tur-
 carum intersuisse pr lio, captiu[i] confirmabant, numerum alijs
 ad Quinquaginta Millia reducentibus. De numero haud con-
 tendam, nucleum Virorum ac Ottomannic  militiae florem, pla-
 ne constitit. Iis cum imperio pr rerat, Kara (nigrum sonat)
 Mechmet Bassa Budensis, unus ex septem Ottomannici Imperiis
 Wezyris, globo per scapulam i tus, quo tamen cum vulnera flu-
 mini se comittens, ac disrupti pontis fragmentum nactus, Strigo-
 nium euasit, inde leui cymbula Budam prono amne transmissus.

Kara

Kara Musztaffa Silistriæ Wezyrus, sub quo nomine omnium Ponte Euxino adiacentium Præfectum agit; ac Hali Damasci Bassa, viui in potestatem venere, præter complures haud obscuri nominis Agas, aut Sandziacos. Quindecim Millia in prælio ac oppido cæsa, verisimile fuit, quantum Dannbius absorperit, numerus initi non potuit. Extra hyperbolæ vndas fluminis humano sanguine permistas rubustis credi, par est: eodem ipso amne defluentibus cadaveribus, Budæ apud Wezyrum nouorum audiun, nuncium agente. Sane paucos fauentior fors, in alteram ripam evadentes seruavit, vti post deditum Strigonium ex Turtis compertum. Qui flumen nando traijcere ausi, ac ob vastitatem aluei in cumulos arenæ aquis circumfluos respirandi gratia exscendebant, Cosaci ac lixæ mira celeritate adnatantes, anhelos inermesq; mactabant. Id plane talionis iure. Siquidem capto Parkano reperere nostri, aliquot immania plaustra capitibus Polonorum confertim exaggerata, nupero prælio occumbentibus aut captiuis recisa, quæ mox Budam ad Wezyrum mitti debuere, Victoriae pretium & estimatio nisi variabili ut semper forte, Polonorum iugulos decuplo cum fænore proprijs repensassent.

Sequenti die, Diuini beneficij gratus Rex, pro collata Victoria æterno Numini, laudes cecinit; præter solitum Ambrosij cantum, tria machinarum explosione, gratam mentem authori testatus. Etiam Delubrum Turicum tormentarijs iæibus demoliri iubens, per omnem quæ latè extenditur Hungariam, Machometanæ superstitionis vestigia delere solicitus. Vere de ea Victoria dici potest, quia, *Respxit Deus corda humilium & non sprenuit preces eorum.* Secuta dehinc per Exercitus festa gratulatio, congregatis in Victoriosum Regem encomijs; cum tanti triumphi decora, secundum DEVM immortalem, à suo æquè extemo Exercitu tribuerentur. Ipse quinetiam ut casu pridiano nihil animo fractus, ita post Victoriæ vultu & gestu æquanimis, tacitus gaudebat, DEI beneficio, post, suo merito, bella Domini pro universa Christianitate præliari. Post pugnam octiduum instaurando ponti, dolenda sane temporis iactura insumptum; quem vñanimi

Dicitus

vnanimi Procerum militarium placito, supera parte construere
vsum, quò maioris machinæ ictus, à Strigonio non pertingeret.
Etsi multorum tunc sensus esset, Pestum è regione Budæ, requa
ducendos exercitus; Ast conclusum fuit, præscindendo Com-
meatui ac importationi (communicationem dicunt) cum Viua-
ro seu Nouis Arcibus, haud transmittendum Strigonium. Ac
quia lixarum pabulatorumq; insolentia ad vslq; Templorum ex-
pilationes increuerat, præterquam quod per eiusmodi licentiam,
castrorum disciplina resolueretur, etiam nuperæ cladi causam,
multi prudentum adscribebant, vlciscente profanos ausus Ne-
misi; proin Germani duo, Polonus tertius, quos surrepta tem-
plorum supellex sacrilegij conuincebat, militari Iudicio damna-
ti, ac medio Castrorum foro, pījaculari igne exusti sunt. Edīto
palam ad cantum tubæ proclamate, neu Comilitones ser-
uos, eiusmodi violentiarum compertos occulerent, nec servitja
sine scitu Dominorum, pabulatum abirent, secus qui faxit, simili
poena afficiendus.

Eo statu Thokolius, protectionem Regiam prehensare non
destitit, mutatis subinde postulatis, & legatis, sola sibi constans
simulatione. Ab eo venerant Humenaius Comes veterissimus
apud Hungaros nobilitatis, tum & GERATOWICZ alter, su-
peraddito Absalone roties recoctam cramben regesturi. Cle-
mentiam, & Misericordiam, fauorabilia vocabula, in salutem
afflictæ Hungariæ implorabant, vt Rex iras Cœsaris leniret, &
abductis Exercitibus nouissimo eriperet Pannones exitio. Titu-
lus saltem non iniquus videri potuit demissæ petitionis, sincerita-
tas deerat. Instituto colloquio, Delegati Regis (IOANNES
GNINSKI Procancellarius, MARCVS MACZYNSKI Stabulo
Regni Præfectus, JOSEPHVS ZEBRZYDOWSKI Canonicus
Cracoviensis, ac Gissa Secretarius) districte quæsierunt, an de-
liberatum Hungarum esset, ex animo Turcarum renunciare patrocinio ac
societati? ut postliminio legitimj Domini qui Cœsar est, imperium constan-
ter agnoscerent? Responderent præcise, deesse ambagibus locum noc-
iunam besitantibus moram: quod si illi strophis verborum ludunt, ast à ter-
go Li-

go Litbuanos, à fronte ingentes Exercitus, mox in hyberna distribuendos, nisi præterita constanti obsequio diluunt, ab ipsis non in totum amicè, viè boſtium amicos, tractandos. Ihi spatiū temporis concedi petiēre consulendi super præmissis Thokolium, anxij & donec nuntius redit, in Castris Polonicis manentes. Quippe in istos Germani, haud celatā offensā, minas vultu, probra verbis, etiam ante Prætorium REGIS, impotentiū iecerant; vnde non vanus Hungarisi metus ab implacabili ira, ac dehinc maior in abstrahendis à Turca difficultas.

Perfecto ad diem xx. Octobris ponte, in alteram ripam Sintagonium versas Exercitus Cæsaris mouit; moram & famem suorum, ægrè ferente R E G E, semper magnis conatibus mala obstantia, maximè vbi largiores post diuturnam serenitatem imbres, & graue autumni iniurijs cælum, obicem progressibus belli ponetet. Cunctis paſſim negotijs temporis iactura noxia est, sed maximè in bello, vbi exile momentum victorias versat, aut clades, & Generosum Bellatorem dedecet phrasis illa. Non putaram. Nisi simile quid, belli natura cum aliis habeat, ex quibus maiores, tardius euolantes sublimius feruntur; minores per tecta cantum aut ædium culmina perniciatem volatū ostendunt; ita grandior moles, gerendo bello iusta temporum spatiā poscit, contra minuta illa, velut è stipula ortus ignis, citissime deflagrant.

Post cladem apud Parkanum acceptam Wezirus, breuis solatij & recentis metus vicissitudine, trepidus, Budâ Belgradum, quod olim Alba Græca seu Taurunum, Turcis Akcehisar dicitur, in confinijs Pannoniæ ac Thraciæ situm properabundus contendit; sanè æstro percitus ac dubius, uter magis sibi an ad quem fugeret? an qui insequeretur, timendus esset. Vapulabat ille Turcarum odijs, ob immanem in cunctos Tyrannidem, ac quod ratiū in templis deuotioni vacaret, non deerant qui tanquam patriorum sacerdotum contemptorum, mox desertorem infectarentur. Verum sanguis ille per Austria fatus, parricidam suam irrequietum agebat, donec in vindicias Tyrannidis qua Or-

bem terruerat, strangularetur. Sed hæc post, nunc celebris loci
obsidium calatum vendicat.

Strigonium Pannoniæ Vrbs, non magis antiquitate, quam
vicissitudine fortunæ nobilis, in vltiore Danubij ripa, ab Istri &
Grani fluminum confluentibus, quasi Istrogranum nomen obti-
net; nunc ab incolis Gran, a Turcis Estergran nuncupatum An-
tiquitatis non mediocre indicium, quod recipientibus Christia-
næ fidei dogmata Hungaris, in Metropolitanam Archiepiscopo
Sedem Vrbs ea cœlescit, qui Regni Hungariæ Primas, ac Primus
gentis Princeps est. Dum Solimannus sub prætextu tutellæ Bu-
dam receperat, mox Strigonium non indignum videbatur, in
quod arma vetteret. Itaq; sub Annū Ch. 1543. ingenti sub-
nixus exercitu, qua terrâ qua flumine obfedit, donec aliquantum
defensum, Liscano ac Salamanca Hispanis, qui fortalitio præ-
erant dedentibus, in Barbarorum potestatem venit: ingenti non
Hungariæ modo, sed totius Christianitatis dispendio. Arx in-
edita rupe, quæ porphiretici marmoris venis tumet, subter laben-
tem prospectat Danubium; veteri structurâ ac murorum crassitie
spectabilior, quam vt per sinuosos operarum anfractus, aut ex-
stantia propugnacula, aduersus neotericas oppugnandi artes fir-
miot sit; maxime apta ex loci situ, per emissa machinarum tela,
insultus hostium arcere. Geminum subest oppidum, superius
vnum, Wasserstad seu aquaticum, alterum quod monti cohæ-
rens, eidem perpetua munitione iungitur. Non currebat ta-
men longi tēporis præscriptio, aduersus malæ fidei possestorem,
imo inter lapsu temporis, CAROLVS Comes MANSFELDIUS
è Belgio in Pannoniam à FERDINANDO Imp: euocatus, ob-
federat Dux vetus, & multo in Hispanum Regem fidei experi-
mento. Et Cæsari notabili merito respondit, siquidem in arctum
redactis per obsidium Strigoniæ rebus, dditionem loci iam plane
perfecerat, nisi in ipso potiundi loci proincestu, nobilis Heros
moreretur: consummatam gloriam relinquens MATTIAS
ARCHIDVCI, qui cum imperio ad Exercitum missus, in fidem
Cæsaris Strigonium recepit; dedente Natoliæ Bassa post bime-
stre

stre obsidium, die 2 Septembris Anno 1595. Post hæc Turcæ, vicinitatis Austriacæ impatientes, Strigonium acerrime appugnatum, nec minus fortiter defensum relinquentes; mox sequenti Anno 1605. majoribus copijs & apparatu obsessum, per deditioñem receperè: verius per traditionem militum flagitiosam, qui ob non soluta stipendia tumultuantes, vinclis Præfecto suo Comite Dampiero, locum Barbaris prodidere. Ita receptum in hanc diem possedit Turca, velut exterius ditionum suarum in Hungaria propugnaculum, ac possessione Strigonij cluem se ad dominia Austriaca retinere censens.

Ergo tunc militare consilium inclinavit in obsidionem Strigonijs, conterminis gentibus æstimati, effectu moliminis apud prudentes desperato, apud cordatos possibili. Quippe REX naturam & positionem loci dispecturus, aduertit facile, magis ex famâ quam arte validum, multaq; operum deesse, qualia ex præsentis sæculi inuento, vrbes reddunt inexpugnabiles. Præcipuum erat S. Thomæ montem, fastigio arcuæ qualem, nullo prædio firmum Turcas de seruissle; fossas Aquaticum oppidum fluminis iungentes, quisquilijs exaggeratas, circa arcem munitiones semi cæpto opere imperfectas, insuper dilabentes Strigonio Turcæ, subduci periculis, & futuris diffidere ostendebant. Auxit animos, Ducum Cæsareanorum alacritas, negotium opugnandi Strigonijs sibi depositum; ex emulationis generosæ motu, vt quia Polonos campestri prælio occupare discrimina viderant, etiam illi quid in munimina Germana virtus posset, socijs armorum monstraturi. Subit primæ aggressionis opus Marescallus Starembergius, iisdem artibus quas nuper pertulit. obsessus, feliciore conatu hosti grauis. Primum Turcarum ad conspectam vim facinus, anteurbia succendisse fuit, dein in subeuntes Germanos, minoribus globis effusi, sclopotorum iactu experibantur: nec incursu nec iactura notabili, cum & densior pluuiia explodendis corrupto pyro fistulis incommodaret, & Germani haud morati segniter oblucentes Turcas, recta in montem Sancti Thomæ (Thomasbergum) densis ordinibus ingruerent;

erent; unde mox quadrifariam excitatis tormentarijs suggestibus (Batterie) pilarum iactu in arcem detonuere. Ipse Princeps LOTARINGVS designandæ cominus metationi præsen's aderat, animi ac gloriæ indefessus; suggrediebatur mox cum legionibus Starembergus, accessus operum festinato labore perutgens, et si in madefacta imbribus humo, ægrè fossæ ac operarum ductus egeri possent. Fulminatum dehinc in arcem è viginti quatuor regij modi machinis, unde vehementior verberatio labefactarat aperto hiatu (Bresse) murum, indictoq; generali assaltu, acies: sere missiles ignes, quibus malorum Granatorum nomen, noctu ac interdiu in obsecros iacti, non sine pernicie intro existentium, quod sequens dies ostendit. Quippe indessens explosio, simul ad impressionem paratus, fregit pertinaciam, maximo exinde metu, quod loci Praefectus, è summitate turris, Polonos Budam tendentes conspicatus (exploratum isti dimissi ibant, numero plures crediti metuenti) hinc animo lapsus, ac subsidia pro desperatis habens, comperto iam relicta Buda Wezyrum abiisse, mitiora mox consilia agitauit.

Insomnis REX ultra mediam noctem agebat, cum affertur, ab obsecris Strigoniensibus adesse non neminem, qui ipsimet Regi super quibus missus exponere velit. Is primum Arce delapsus, in potestatem Cæsareanorum venerat, mox Princeps LOTARINGVS ad REGEM misit id enixe postulantem. Admissus in conspectum, à Praefecto Arcis Literas REGI exhibuit, quibus de spontanea editione Strigonij in Nomen REGIS Poloniae consignandi compellabat. Tenore eiusmodi. Serenissimo ac Potentissimo Poloniarum REGI post obsequia nostra humiliiter delata. (Ita quippe ex Turcico idiomate sonat.) Mandato tuo REX, de tradendo Strigonio paremus ecce; ex unani mi Begler begum ac Agarum nostrorum consensu, in nomen Tuum toto Orbe gloriosum, portas illius recludent. Nec ulteriores requisitiones moramur, cum certa nos ex Verbo REGIO maneat ratio salutis: cui in summam confisi, per exhibitorem presentis scripti poscimus, ut tradito Fortalitio, cunctis eum omni habentia ac supellecibili saluis, ad suos redire liceat sine ullo detrimento Imperatoris no-

ris nostri militiae. Quod idem, ut locum tenens Generalis Sacrae Cesareae Maiestatis, tum etiam ad consilium bellicum pertinentes Proceris, praesertim, prout melius sua Maiestati videbitur humiliter supplicare. Ut sic nobis ex incolimi hominum isthic existentium deductione, legitime excusaturis, apud Imperatorem nostrum consulere valeamus. Subscriptio erat. Aubekir Bassa Aleppi Praefectus Strigonensis.

Ante deditum Strigoniū, in ipso flore ætatis decedit, MICHAEL MORSTIN, Vladislai Praefecti Kowaliensis maior natus Filius. Exteras nationes peragauerat, Literas, idiomata, Polyglottias Regnorum, felici ingenio assecutus. In Poloniam redux, Nuncium Terrestrem ad Comitia Grodnensia egit anno ætatis XVI, ianum tum negotijs Recip: admotus, quando alij Iuuenum, ne tunc quidem renuntiant crepundijs. Acerba præclaro Adolescenti militiae rudimenta, ferro illæsus, febri extinguitur. In prælio apud Viennam, peditum in legione Sac: Reginalis Maiestatis Centrio, ex eminentiori Vinearum macerie, animosius quam consuliūs, præcipiti saltu se deicerat, hinc viscerum convulsio, dein lenta ac mox penodica febris, sub ipsis plane Strigoniij manibus, extremum diem obire fecit; multorum desiderio animum & indolem, quid si maturuisset estimantium.

REX dedendi Strigoniū nuncio lætus, Caduceatore Aga in spem clementiae eructo, sub diluculum NICOLAVM ZŁOTNIĘKI Posnaniensem, ac STANISLAVM MORSTIN Zatorensem Vexilliferos, confessim expedit, recipiendo in nomen suum Strigoniū; illo ab Annis Centum Quadraginta, sanguinis Christiani Eurippo, ac velut armorum palestra, ubi Barbarorum vires nostris cum exercerentur. Ast reuoluantur Annales, ægide aut nunquam repetiri licet, adeo faciles à Turcis Vrbium dedicationes, præsertim quæ in confinijs sitæ, tanquam propugnacula interiorum habeantur: maxime vero ubi delubra Machometanae superstitioni eræta sunt. Credunt eiusmodi pijaculum, ne totius maris aquis emulari posse, hinc incitamentum fortitudini, perire satius, quam se dedere censentibus, nec ullum cordolum maius, quam loca Sacris suis addicta eripi. Superuentu Detergatorum

gatorum non diu morati deditio[n]is leges Turcæ , confessim portam Arcis Regio firmandam præsidio tradunt, captiuos soluunt, Renegatis quibus ad Christianos redire placeret dimittunt; vi-cissim ipsis salua vita , excundi libertas, etiam rerum quas circa se tollere posset exportatio , conceduntur. Sic in nomen Regium traditum Strigonium , ijdem Delegati in Personam Imp. Romanorum consignant; Mareschalcus Staremburgius capienda possessioni, præsidium Cæsareum intromittit, redditq; ad veterem Dominum postliminio proprietas, et si tamdiu inuasor Turca Dominium rei usurpasset.

Die xxviii. Octobris L O T A R I N G O ac Bauaro Principibus associatus R E X , isti rursus Proceribus ac Tribunis militiæ, splendido sanc comitatu ad inuisendum Strigonium iuere, quod tamen à peritis talium , haud æquivalens iudicatum, pro quo tanta contentione , ac immortalibus odijs infestissimæ gentes depugnarent. Intra arcem nihil vspiam pro magnificentia aut splendore , absump[ti]s ante bellum ex conflagratione ædificijs : etiam tunc demolitis rectis, quominus incendio materia subtraheretur. Dum exeunt Turcæ , R E X spectabundus cum Principibus stetit, exiere ultra tria Millia , vegeti omnes & diurnæ apti defensioni ; nisi Deus mentem, abitus Wezyri pauorem Regiæ clementiæ fama , maturatam diditionem ingessissent. Juncta his ibat ad Duo Millia Mulierum puerorumq; turba, claudente agmen Præfecto loci, cum altero itidem Bassa Miczyrensi , ac præcipuis militiæ, qui post osculum Laciniæ vestis, demisile REGEM veneratus, prægressos suos consecutus est. Pars istorum prono Danubio scaphis, pars terrestri itinere Budam dimissi, securitatis causa comitante M I C H A E L E W I L K O N S K I , Cohortis Vexilliferi Lithuaniae Optione xxxx. maiores machinæ, annona ingens, pyri pulueris, ferri plumbiq; copia intro reperta. Forte nauigium ex compluribus vnum , maiori quam vt enatare posset onere depresso absorperat flumen , ex quo tamen naufragio septem mulieres Turcæ, in ripam eluctatae periculum euaserant, Cuilibet nouissimum discriben eripuisset m[en]tem , ast istæ vt erant aqua

aqua madidæ, confessim per interpretem in Castra Polonorum deduci, ibidemq; non hosti qui fidem seruasset, sed flumini irata, Budam se remitti petiere. Nec se felli opinio, concessus suppeditato nauigio abitus, sola Polonide retenta, quæ dudum captiuæ, ad Turcas abire per uicax contendebat. Expeditis deditijs, primarium Arcis Templum REX ingreditur, quod in honorem D. Adalberti Pæsulis & Martyris sacrum est antiquitùs. Non indignum memoratu, Solimannum olim dum Strigonium obsidet, Crucem qua Templi fastigium ornabatur, assidue contortis in eam telis ac missilibus reuulsam, deniq; & deiectam, augurij loco habuisse, capiendum fore locum, vbi signum Christianis summe adoratum, felici casu è Templo decidisset. Etiam tunc repens talio fuit, iussis liberatoribus substitutas Crucis loco Ottomannicas Lunas, ex eodem Templo, machinarum globis detruendere, quod & factum. Ac postquam Catholico more, à Machometi superstitionis ritibus expiatum fuit, ad extempora neam aram in cruento Missæ celebrato Sacrificio, actæ humiliter DEO Victori gratiæ, decantatusq; solitus Ecclesiæ Hymnus; TE DEVUM LAVDAMVS. Sane augustum hic Templum, Marmore incrustati parietes, è diversi colore porphyrite peristilia ac Fornicis bases, tessellato opere pavimentum, ad materiae raritatem concurrente ingenio artificis. Nisi quod cælatas insigni opere Crucifixi effigies, aut statuas Sanctorum, iconoclastica Barbarorum manus per superficiem Templi deformaræt. Bis siquidem loco potiti, bis eius, totidem vicibus Templi possessionem adière, aut amisere. Neq; minus cohærens facellum spectatu indignum, à Thoma Bakossio de Ardentij Archiepiscopo Strigoniensi codemq; Sac: Rom: Ecc: Cardinali magnifice extructum. Post Strigonium Buda in se oculos ac destinationem verterat, si vel vno in antecessum mense, in eam viætricia arma expedire licuisset. Nihilominus, circumiacentes Ciuitates ac fortalia, passim a currentib' nuncijs conuolabant, quod coactæ hostibus adhæserint, ac potentia Turcarum præoccupatæ, excusantes. Ex præcipuis erant Papa, Totim, Lebens Hulstum, Vesprinum aliaq;

aliaq; non nullæ sincerus restandæ fidelitati, aliquantum tulere
commeatus, gratiori ex affectu tribuentium quam copia largitione.
Sed vanum est, inter incudem & malleum positis in totum
fidere, nisi prius imposita præsidia, loca & fidem popularium
contra mutationem tueantur. Nam ut bractea seu Tritones,
commoti vento, ad flatum eius obueruntur, ita populi ac vrbes
in bello, ad potentioris sese circumagunt fortunam.

Inter continuos labores inediāq; exacto autumno, gratius
à frigidore cœlo malum, perq; ingiter depluentes imbres,
corruptum perpetuis madoribus agmini iter; vnde miles sub
Martini ferias ex Castris in hyberna dimitti solitus, vacationem
aut saltem respirium, omnino poscere videbatur. Nec iniusta
requisitio censeti potuit, nisi REX animo Budam agitans, firmi-
ter proposito insisteret, vel solo eius loci aggressu, grandem an-
nuo labori impositurus coronidem. Sed plus in molimine tali
gloriæ, quam possibilis apparebat; rarefactis per mortes aut
morbos vtriusq; militiae Ordinibus, & insitmore Buda quam v-
sine dolabra & ruris subigi posset. Diu perstittit in eo REX,
donec palam fuit, Germanos respirium ab opere meditari; ne id
quidem ex lege humanitatis, quæ Patri familias, non nisi dimisso
liberaliter hospite, demum se tradere quieti permittat. Siqui-
dem mox post Strigonium deditum, Elector Bauarus, multa pu-
gnacis animi excellentia Princeps, domum cum copijs retrouer-
tens valedixerat REGI: etiam FERDINANDVS Cœlandiæ Dux; in-
super STAREMBEGVS Campi Mateschallus, Vir bello hoc
eximie meritus, Viennam abierat, reliquis mox domitionem
vrgentibus. Hinc remandæ Budæ destinatio omitti debuit, duo
potissime à regressuris Principibus concludi annitentibus nostris,
scilicet Hyberna militi vbi & qualiter assignanda; tum Hungari,
qua spe Cæsareæ gratiæ ab extrema desperatione retrahendi fo-
rent. Militi quidē iusta negare, in humanum prolsus videbatur;
minus item consultum, Thokelium inter Cæsaris iram, & Turco-
fauorem nutantem relinquere, nisi aliquo possibili medio re-
conciliatus CÆSARI, à patribus Turcarum auelleretur. Quippe
etiam

etiam tunc aderant P A V L V S S Z E P E E I & M I C H A E L N E y i n-
ternuncijs ; sparso, nec scio, an vero rumore, quod in Sacerdotes
Catholicos, perseuere egisle dicebantur, hinc minus grati. Cer-
te effectus legationis in abscondito fuit, iacta in vulgus fama,
graui morbo decumbere Thokolium , quem mox soderatio pa-
ralysis auxisset ; simulatam alij ægritudinem dicebant, nimirum
vt abitum Wezyri ex Hungaria præsentiens, etiam eo prætextu
thesauros, quos ingentes corraserat inhianti offam subduceret.

Militis in hyberna locatio, Exercituum Duces diu fatigauit
negotium, si quod aliud arduum & molestum ; fortè quod vin-
cere , vni omnibus facilius sit, quam vt vnu omnibus satisface-
re valeat. Suberat quidem per superiorū Hungariam alendi Mili-
tis ratio; sed exinde securior illa, si reconciliati CÆSARI suo Re-
belles, Exercitui eius sociorumq; suppeditarent commeatum, vt
amici, ac certi, mediante Polono R E G E , veniæ; solos Turcas in-
festerentur vt hostes. Sed hoc impetrari non potuit, reluctante
Cæsariorum Aula, non statim nec aperto sinu perduellibus indulgen-
dum. Sanè mirum , gentem in bellicis perspicacem, adeò tunc
vltionis desiderio impotenter agitatam, vt nec admisso in gra-
tiam Thokolio vites Turcæ accidi; nec festis qui pro se pugna-
uerant sociorum legionibus , tutum exhiberi respirum pateren-
tur. Evidem inter requirentem & exhibentem auxilia, sëpe
primis officijs non respondet finis, cum beneficia eosq; grata
sunt, donec exolui possunt ; & sublimitas meriti, si destinata eius
cui succurras transcendent, primo suspicandi mox sollicitudinis
causa est. Vno verbo, qui ante Viennam liberales Germani, iam
tunc post exhibitum auxiliij opus, in tuta inter gentes infestas sta-
tione, ambiguo bello relinquebant Polonos, fortè non aliter
maturandum in Patriam redditum eorum præudentes ; consimili
ut Hungari voto, dissimili ratione. Sed talibus ex rumore famâ,
an ex veritate origo fuerit, haud perinde affirmem, nisi plurimo-
rum firmasset relatio , & aulicæ subtilitatis aphorismi , cautè ac
suspicaciter externa tractari auxilia præscribant. Quæ si per li-
uorem sparsa, pro nihili reputare fas fuerit. Tandem diu dissec-

K

ptato,

S. J. Remmig.

BRIEFS

ptato, quo species in hyberna locandi Militis maneret, Polonis Cassouiae, Pressouiae, Bardouiae, circumiecta ora obtigit, peditatus in praesidia arcum distribuendus: Lithuania ad usq; flumen Cislam & coharente traet subalpinæ ditionis, Transyluaniam usque, subsisterent. Ita quidquid rebellione turbiduni, aut aggressus disseriminosum, hospitibus in respirium tradebatur; Cesareani præter quinq; cum Duncualdio legiones, in inferiorem Pannioniam contendere, quantum à periculo remoti, tantum domui propiores.

In breui Exercitu ad flumen Hyppol eluctato, iter Viennam die quarta Nouembris Princeps LOTARINGVS destinauit. Iturientem comiter ut solet excepit REX, etiam digressuri ab inuicem, optimè de Christianitate meritis bellatoribus, ad meritas valedictio instituta fuit. Assedere una Principe IACOBO comite, plurimis Cesareanorum Tribunis ad instructum multa dapē conuiuum admissis. Ac quia crudus sub casside Mauors, florētibus vino animis verborum largior est, multa tunc nec indebita alterutrius Principis encomia audiebantur. Planè meruerant, mutuo amore & confidentia bellum orti, etiam tunc eodem affectu, si non finientes illud, at saltem differentes. Post secretum colloquium, generosis duobus equis à REGE Princeps donatus, in viam se dedit, militariter æstimans munus cui vitam committere posset,

Interuenit hic easus quales in bello solent, inde tamē consideratione non indignus, quod velut alteri parti fortuna renunciasset, utriq; illusit. Cracoviā expedierat REGINA Daleratum, cum literis ad REGEM, solicita quod credibile, de salute Mariti REGIS ignorare. Dum vero Gallus Schat insulam præterlegit, cum ab erumpentibus Wiwarij praesidiarijs captus, simul receptis Literis in custodiā rapitur. Wiwarum item delegauerat Wezyrus, noscendo illic rerum statui cum literis Czausium; etiam hic in manus Polonorum delatus exhibetur REGI, faslus formidare admodum Wiwarij suos, iam vulgata quæ immineret obsidione; etiam comperto, iterata apud Parkanum clade, res Turcarum admodum comploratas esse scripto erigebantur ad constantiam

stantiam Viuaricenses, in brevi enim fore Wezyrum reparatis Vi-
ribus, ijs sine mora succursum.

In interiore Hungariæ tendenti Exercitui, iam ardui mon-
tes, iam continuis imbribus madefacta telus, infestum nimis red-
debat iter, adeò, vt prægressas legiones, vix tertia die Carrago
cum impedimentis conseqüeretur. Occurebat euntibus Sethi-
num, olim Stephanopolis, muro & fossâ, etiam exterioribus mu-
nitionibus circumductum oppidum. Insederant Otingenti Ian-
czari, ac Spahorum cum Aga suo vexilla septem, tuendo loco à
Wezyro immisi. Siquidem ab Agria Wiwarum hac transitus,
opportunitatem commeandi itinerantibus aperiebat. Præmissus
cum ala Equestri ATHANASIVS Miaczynski Krzepicensis
Præfctus, exploratum iuit; vir in prima semper discrimina prom-
ptus, & qui apud Viennam insequendi Wezyrij partes sibi à REGE
delatas, non sine dexteritatis laude executus est. Etiam tunc
Sethinum præcurrens, ex interceptis captiuis comperit, firmo
præsidio oppidum teneri, nihilq; minus quam spontaneam dedi-
tionem meditari. Cum contra Hungari quibus situs & præsidi-
um loci ante cognita, inualidum aduersum vim maiorem locum,
continuo dedendum retulissent. Proin exprobrata vanitate fu-
tilia narrantibus, it REGIS iussu, dignoscendo loco, Ser: Prin-
ceps IACOBVS, MARTINO ZAMOYSKI Palatino Lublinen-
se, Heroe continua bellorum praxi innutrito, ac MARTINO
Kacki Leopoliensi Castellano, præterea Dunneualdio CÆSARIS
Tribuno associatus. Indiussus Princeps laborum periculorum-
que Parenti Comes, Filium tanti REGIS inter discrimina age-
bat, cum nedum tertium ætatis Iustrum attingentem, bellicis
exerceri Pater voluisse. Id autem non ex ymbratica chartarum
disciplina, aut accurate dispositis, Iatruncularia tabula, puppis
sed marte & campo apertis, vbi animus manusq; per se agunt,
indeq; militaria præcepta perfectius hauriuntur. Vix eo flexu,
ætatis humanioribus literis quantum Princi satis imbutum,
mox inter belli fragores, huic Regiæ armorum voluptati, insue-
fici

fieri oportuit, vnde mox fortunæ suæ pararetur. Id quidem ad præscriptum Lyrici vatis, armorum exercitio à teneris durandis.

Pulcro Quirites puluere gaudeat

Impubis atas, & strepitus & minas,

Iam nunc & audaces tumultus,

De tenero meditetur ungui.

Suggestus Princeps recognoscit locum, demonstratq; vnde facilior Militi via in assultum, vbi suggestus pro machinis locandi; & quamvis impedito accessu difficilior oppugnandi ratio, parum tamen ausuros præsidiarios, vbi extrema conspiciunt, palam edicit. Proin per tubicinem explorare animos visum, qui primo contumaciter dedendam urbem, negarunt ac hostiliter in subeuntes iaculati sunt mox competto, R E C E M post præcursores venite, mitius egerant, tantum antecurbia cum adiacentibus horreis incendentes, quod tamen incendium mox accutrentes Cosaci restinxeré. Prima luce adest R E x ac admotis legionibus, in prætenturas seu Palisadas impressionem adornari iubet; facili in expugnandum locum creditâ viâ, si has primo antecaperet pedes. Nec segnius quâm iussæ prorupere legiones Polonæ, etiam Dunneualdius altera parte cum Cæsareanis, cuius tamen prima cura, ut excitatis loculamentis machinas in urbem disiploderet. Validus murus oppidum ambiebat, muro profunda fossa suberat, huic rursus ex adultis trabibus sepimentum prætendebatur. Piguit Tribunos nostrates subacti oppidi gloriam tormentorum iactibus deberi, proin peruvicaces ingruunt, ac primo assultu prætenturas illas demoliuntur. Sed inter istas ac muros præiacebat area, in quam delati certissimis istibus pertinentur, ac vnde regredi infame esset; mænia vero assilire profunda fossa haud pateretur. Hic enim uero cruento certamine pugnatum, ancipiti pugna & noxia, attamen læta nostris, mox in ditionem certam, alba Vexilla Turcis pendentibus. Ultra quadraginta ex legionarijs ac Colacis cecidere, nam hic isti egriam nauartunt operam. Sed gregatorum iactura minor, & facilis reparatur, dolentior casus fuit FRANCISCI LANCKO-

RON-

R O N S K I Stobnicensis Præfecti, cui Taccianæ Legionis Legato, violentus è sclopeto iactus, tibiam pedis fregerat. Enorme vulnus ab archiatriis immedicabile indicatur, nisi serpenti gangrenæ, partis affectæ sectione occurreretur. Ergo aliquis eorum monet, ægrum pedem resecandum esse. Cui LANCKORONIVS dolo-
ris ac perturbationis in speciem expers, reponit. Minor inquit
iactura pedis est, qui vitam hic tuli pro Fide & Rege profundendam.
Iam vero si mori necessum, cur non utroq; pede integer denascar? Adhæc
præsentes solari, ac vt consilio Medicorum acquiesceret, tandem
induxere, vt vnius membra iactura vitæ consulens, nobili victoriæ
superstes agere vellet. Permisit tandem, eaq; animi con-
stantia sectionem pedis tulit, vt ne minimum suspitium emiserit,
licetsi serratam pilam in recidendo osse, frangeret chirurgus. Ita
fortis Miles pedem amisit, vitam retinuit, etiam hac quandoq;
posita gloriam ex robore animi retinebit semper. Consignan-
tibus oppidum in nomen REGIUM Turcis, ægre ab irruptione
contineri potuit Miles, cæde suorum ferox, & quem facilius in
pugnam impellas, quam retraxeris. Deditur itaq; Sethinum ea
lege qualē Clementia REGIS dixerit; ac mox reserata portâ
duo Prætoriæ cohortes custodiæ causa inierte; loci Præfecto Aga
pro libero abitu suorum humillime REGEM depræcantem. In op-
pido delubra solo æquata sunt; repertis viginti diuersi modi ma-
chinis, præter alia requisita ac instrumenta belli. Traditum in
nomen REGIS Sethinum seu Stephanopolim, mox in manus
Dunneualdij Generalis pro Cæsare consignauere Commissarij,
in antecessum emissis Turcis vt quidquid circa se haberent, tolere
possent, etiam abitu quo vellent instituto.

In Hungaria feruentibus Christianorum armis, Moschi inter-
rim in scenam, verius successum bellii speculabundi egere; cum
certo constaret, subornatos abijs exploratores, Exercitui nostro
immistos, Viennensi prælio interfuisse, celebris victoriæ oculato-
res testes, & friuola narrandi suspicione carentes. Attigi supra,
post conclusa Varsaviae Comitia legatos eorum adfuisse, præpo-
stera comparitione id tantum assecutos, vt ad tractandam indu-
clarum

ciarum prolongationem, ac mutuam armorum societatem, vtris-
que gentibus condiceretur ad Nouembrem Commissio. Con-
uenierat inuicem de loco Kadzyni commode in confinijs institu-
endo, delegatis à parte Moschorum IACOBO ODESZOWSKI,
BASILIO GALICZYN, IOANNE TROCKIEWIO, GRE-
GORIO PYSZKIN, səpius in Poloniā internuncio, aut Legatis
adiuncto. A prima origine dudum inter Polonos ac Molchos
gentes conterminas bella & discordiae; quæ tamen pāce, aut
interuenientibus inducijs sōpabantur. Sed nulla actior hostili-
tati ansa, quam tradita per manus de Smolensco controuersia,
quod Iuris Polonici antiquitūs, perfidia GLINSCII Lithuani
occupauit IOANNES BASILIADES Dux Moschorum, inter-
lapsu temporis recuperauerat SIGISMUNDVS III. Polonorum
REX; donec memorja nostra, ALEXIYS MICHAELIS Dux
per deditiōnēm receperisset. Sic Smolensco alternis viçibus Pos-
sessorēm mutante, non Dominum dirempta tandem arma indu-
cijs, quarum ad Annū 1683 descripta duratio. Per ea tempo-
ra Moschi, internis dissidijs domi agitari cāpēre, vt fere immor-
talia ođia sunt, quæ ex ambitu orta, pro dominatione geruntur.
Namq; ALEXIYS MICHAELIS reliquerat THEODORVM,
vernacule FIEDOR; is rursus ex Miłosławska IOANNEM,
alterum PETRVM ex NARYSKINOWNA, pari iure inter se
Imperium illud usurpantes. Vnde sub confusa noui domi natus
initia, non defuere assertores partium, qui alterius Principis
prærogatiuam nascendi, alterius suffragium Electionis, armis
vindicarent, non sine Imperij illius noxa, ac conuulsione, fortè
tunc in turbido piscari non ineptum videri potuit, si modo, vt
nuper Moschis inuadere aliena, ita Polonis ad recuperanda abla-
ta, occasione vti collibusset. Sed expectare hanc quam habe-
re, tenax pacti Respublica maluit; sepositis armis ex æquo & iu-
re disceptatura, vt aliquo modo iustitiæ congruo, pax haberi
posset. Eo itaq; Commissionis actu imminentē, vt species cu-
pientium esset, miserant Moschi Nicephorum Poddiaczy inter-
nuncium, qui adhuc dum in Hungaria demorante REGE Cra-
couiam

couiam appulerat, tanquam præliminaria futuræ Comissionis
 tractaturus. Interuenierant nuper Moschis cum Turca induciæ,
 quibus firmius sanciendis, transcribebant illi ciborystenianam
 Vkrainæ oram¹, in ditionem ac imperium Turcæ; hæreditariam
 Regni nostri. Prouinciam ad quam illis ne imaginarium quidem
 ius esset: vel Turca ipso Buczacensisbus partis diserte pronun-
 tiante; Vkrainam Cosacorum possessioni relinqui. Dudum ante mu-
 tuo in se odio infestissimi Cosaci & Turcæ, dum illos Scythatum
 incursiones vexant, & ab his prono Borystene in Pontum Euxi-
 num penetratur. Iam nunc veteris odij, nec minus abruptæ suâ
 culpæ dominationis Polonæ, diffusa per Orbem Regiarum viæto-
 riarum fama, obliuisci haud patiebatur. Præsertim eum, R E G E
 exterrito bello se accingente, Cosaci in spem exentiendi iugi cri-
 gerentur, vt d'omicilijs antiquis extortes, armis repeterent Pa-
 triam, impositumq; grauem ceruicibus Valachiam reiacerent pe-
 nitus. Permuere talia vehementer indolentes, quod præter
 Białocerkwiam ac Bracłaniam, præsidijs Polonicis intessa oppi-
 da, noui coloni veteribus exactis, in Vkrainam immigrassent: ac
 DOROHYNVS DVC & Valachi Vicarius, admodum strictè & se-
 uerè haberet populum, nuper sub rebellione licentia suetum.
 Itaq; præsentia detestari, anteactorum meminisse, futura animo
 voluere incipiunt, in extrema semper præcipites, & circa muta-
 tionem dominorum audaciores. Addiderat stimulum REX,
 KVNICIO ottu nobili, sed qui diu ante inter Cosacos meruerat,
 per publicum diploma Duce creato: cum additamento spei, si is
 fidum & fortem Virum præstat, amplissimum ei de Regia gratia,
 merendi campum offeri. Talibus permoti Cosaci, Bone DEVs,
 quanta alacritate cristas arrexxere, ex inimica gente vindicias, si-
 mul & spolia Orientis flagrantissimè agitantes. Igitur citeriore
 Vkrainâ crebris globis ad KVNICIVM concursum est; idem &
 Trans borystenianorum ardor, nisi SAMVILOWICZ à Moscho
 oræ illi cum imperio impositus, non minis non pœnis parceret,
 quominus iuris sui Cosaci, ab ea iuuandi Poloniam opportuni-
 tate abstraherentur. Sed quantum seueritas cohibentis obsta-
 bat,

bat, tanto in vetita nitabantur magis, nulla pœnarum irrogatio-
ne absterriti, vel ea ipsa in contrarium peruvicatores. Huc accel-
lit, quod ANDREAS POTOCKI Castellanus Cracouensis,
amore in Patriam, fide in REGEM insignis, Camenecum pro-
pe suggressus, in omnia intentus egit, quæ ad securitatem Reip:
aut hostis nocumentum spectarent. Latus id Regni exili præsi-
dio firmabatur, SIERAKOVIO Bełzense Dapifero cum xx. co-
hortibus ea parte excubante. Adiecit prudens & Vigil Castel-
lanus, è priuato peculio quantum re crepera licuit: ac primo per
publica edicta Terrarum Russæ Nobilitatem, quo in omnem casum
intenta ageret, præmonuit; recens Leopolim præsidium in-
duxit; quidquid eâ plagâ Virium colligi potuit, ad se euocauit;
insuper motis Stanislauoiâ Regnis, Lazlowecium verlus con-
tendit. Congruebat cæptis, ad latus habere Stephanum Petri,
alias Petrycenko, nuper à Turca exautoratum Valachiaæ Palati-
num, ob ciuale & in populares mite ingenium, Valachis æstima-
tum; contra Ducæ infensis illis, vt qui rapinis tantum Prouincia-
lium rem priuatam augeret; in extorquendo seuerus, in haben-
do insatiabilis. Hinc ex successu belli Hungarici, Valachos tra-
hi in armâ promptum fuit, Castellano Polonis, Lithuanis, etiam
Cosacis, numerosioribus in dies cateruis sese aggregantibus.
Nec KVNICIVS opus belli segniter ordiebatur, exacto Niemie-
roniâ Dorohino vbi non temnenda prædâ potiti Cosaci; ea na-
xime, quæ ex conuectis isthuc commixtibus, in usum eduliorum
famelicæ turbæ verti potuit. Sic Dorohinus creditam sibi præ-
fecturam ab imminente vi defendere impos, cum sequacium
manu funditur, ægre manibus Cosacorum elapsus. Itum dehinc
Miedzybožum, vbi sexcenti Turcæ in arce operibus, & Detaznic
fluminis lutulento ambitu firma, ingestam deditonem, mox &
vim contempsere; quod Cosaci in prædas magis quam obsidia
accineti, sine machinis bellum tantum circumferentes adessent.
Potissimi Cosacorum erant, qui citiorem Tyra ripam incolunt,
inter montium saltus, aut sylvarum latebras perpetuis exerciti
latrocinijs, genus hominum pernicitate ferox, aperto campo pu-
gnare

gnare insolens. Vnde maiore famâ quam vi bellum orsi, plus terroris, quam successus genti munimina probè tuenti adferebant. Paro assultu captatum Barium, similiter re infecta deserit debuit.

Mirum sub hæc Turcis silentium, certe apertus pauor aut stupor erat, dum Iazlouecio, Hussiatyno, Czortkowo, Iagielnica, profugi aut exturbati, intra solius Cameneci mænia se recipiebant. Sic in viscera Podoliæ infusi, Cosaci maiorem pro viribus incusseré formidinem, etiam vastitatem, hominibus armentisq; ut sors tulit, abactis. Quæ vt Cameneci Præfectus Turca rependeret, aliquam Scythatum Budziacensem manum, quibus Czemerycij cum ala Equestris Turcarum accesserant, ter mille excedentem, in Wolhyniam immisit, vt subita irruptione circa Lubartonię, Constantinouiam, Połonne, ad usq; Zasławiam impune grassati, incolis in nimiam securitatem resolutis, oram citcumiectam popularentur; quod ubi cognitum, (opportune intercepito qui Camenecum prosperi successus nuncium ferebat;) mox Castellanus suos per compendia viarum in occursum expediuit; nisi Barbari, comperto adesse qui insequerentur, præda apud Dunaiowce se se exonerantes, in effusam fugam, nihil aliud ausi, mature protulpecint. Ad Mille tamen captiuorum in libertatem asserti, saucij pleriq; aut dum abduci nequeunt mutilati. Sat fuit miseris vitam & patriam reddidisse. Quippe non ut olim redimi à suis captiuos Scythæ patiuntur; sed mox Constantinopolim nauigijs transmittunt, vbi cariūs & celerius veneunt eiusmodi merces, præsertim ex Russia, virti ob robur, fænum ob formam promercales. Dissipati agminis duxor Muſtaff Aga, è Camenecensi præsidio vir impiger euasit, ad triginta captis, præter eos qui celeritate insequentium præuenti interiēre.

Dehinc Potocivs, vbi constitit Valachos à Duca auersos, ad veteris Palatini subiectionem inclinare, non è securitate tantum sed Maiestate Regni duxit, eo rerum statu, Stephanum à Turca exautoratum, in ablatum inique Dominatum reponere. Cum ex primoribus PRAGOWICZ partium Ducæ assertor, iam tum à Cosacis male multatis, communem popularium de reci-

piendo Stephano consensum frustrari nollet. Vnde regressum in Vkrainam meditantem KVNICIVM Proceres Valachiae enixe retentabant, quominus consociatis armis aduersus Ducam es- sent firmiores; etiam contra Scythes, qui recens ex Hungaria cum manubijs, per extimum Valachiæ limitem reddituri nuncia- bantur. Nec id consilij improbabat POTO CIVS, vt in Came- necum ipso intento, si non accidi, certe distrahi eo modo Tur- cæ vires, facilius possent. Hic in eam societatem Cosacis Va- lachisq; coal scendi, videri potuit enata occasio, quod eidem Ducæ vtriq; fiduciario iure à Turca commissi, vtriq; simul seue- rum & rapacem, acerrimo odio insectarentur. Vbi nouum sæ- dus iureiurando firmatum, Stephanus apud Botuszany subsi- stens, abrogato Ducæ Imperio, in legitimum Palatinum. (Wo- dam vocant) recipiebatur. Interea ad famam tanti moliminis, vñdiq; confluentes, nomina dabant Karałassy Valachiæ, Leuen- sij Montani, & quid vspiam vtramq; Tyræ ripam eius farinæ ho- minum circumfides, accurrebant passim, præter genuinos ex Vkraina Cosacos, vt solius KVNICII exercitus ex illa colluuie hominum ad xx. Millia numerari potuerit. Etiam Quingentos à Tanai amne, (vernaculè Don) Cosacos Donenses, fama sur- gentis belli excitos, huc se raptum contulisse, vt narratum inse- ro. Imo haud falsos puto qui credidere, vix vnquam simili pe- riculo res Turcarum patuisse, si aut copijs illis è turba collectijs maiori autoritate & experientia Dux, aut saltem KVNICIO re- quisita bello necessaria ad manum esseyent. Sed arduum fuit sine destinato Reip: sumptu fortuitum alere bellum; licet si suppe- teret miles, deerat neruus, sine quo corpus illud Exercitus rue- bat magis, quam mouebatur. Submiserat quidem REX pecu- niā, etiam pannos pro vestitu Cosacorum liberaliter; sed quid inter tantos erat: attamen durauêtre promissis erecti, ac in ho- sticum, spem vertentes. Quid demum prostiterint, ne sæpius repetam, sub finem memorabo.

Sub id ferme temporis, notabiles Moschorum copiæ prono- amne Kiiouiam appulere; declui iam æstate in eum tantum vsum
venisse.

venisse creditæ, quominus terrefacti Cosaci, ab effendendi Turcam conatu retraherentur. Hinc suspicio ægre Moschos a fædere Barbarorum auellendos, quibus Christianos insurgere victorijs hanc volupè esset. Costitit nihilominus Archiepiscopum Armenorum, saluo conductu Ducis fretum, compendioso per Moschouiam itinere in Persidem diuertisse, ut REGEM eius gentis, Ottomannis non ex alse amicum, in sociandacum Christianis arma, aut certe alia parte impetendos Turcas, Pontificis nomine solicitaret. Czatius Turca cuius nomen ignotum mihi, personam vidi, ad Comitia nuper Varsauiam ablegatus, ac mandato Aulæ tantisper Týkocini detentus, ex certa ratione Leopolim traductus fuit. Antehac dum Varsauiam pergit, buccinâ ante se canere, terram tapetibus sternere, ac fastu demens inter populum vicatim nummos disijci, quales asprij vocantur, iubebat. Iam nunc plauso per urbem veletus, ac strictiori cum XVI. socijs traditus custodiæ, vbi comperit geminata apud Parkanum clade profligatos suos, caput parieti allidit, barbam vellicat, manibus complodit, ac deicto fanaticum in morem vultu ad Machometem suspirat. Rursus velut diuersa mente entheatus, si Poloni comparent ridibundas aiebat; Imperatorem suum omnino inuincibilem esse; si Exercitum amisit mox decem præstofore; si acie vietus, statim resarciet acceptam cladem, vel unum casi Musulmani caput, centum Christianorum repensurus. Maris aquas (inquit) deriva, aut bauri, mare semper redundant, potentiam Turcicam oppugna, aut carpe, cladibus irritata insurget; opus Dei aduersus formicarum insultus immobile. Sic isti imbuuntur falsa inuincibilitatis opinione.

Vtcunq; et si cum Barbatis, cum fortibus tamen Viris, Turcas intelligo, dimicatum est; si feros & victorizæ nimios culpem neq; nos moderamur ferro, aut vincendo parcimus, cum talio quidam bellii sit, perire, aut perdere. Sed quis æquo animo ferat, Hungatos pacem demissè pétentes, acriores Polonis hostes, vel Turca nocentiores. Fixum id REGI, quatenus locatis per hyberna legionibus, tandem ad Clementiam Cæsar, Hungari ad obsequium flecti possent; consilium sane prouidum, si modo ab

Aula illa mitiora darentur responsa, aut duræ ceruicis populus, supplex magis quam reus videri maller. Nihil ad concordiam cooperantibus utrisq; Poloni inter incudem & malleum positi manent. Cæsar indulgendi difficultas: Rebelles quibuscunq; in reconciliandum sponzionibus diffisi; vel recenti Aulæ Cæsareæ edicto effrantur; quo die 25. Nouembris Anno 1683. publica Fœcialis voce proscripti, capite & bonis diminuti, diris deuoti manent: insuper proposito percussoribus potiorum aut deseritoribus partium notabili præmio. Continebat Edictum præcipuos, GEORGIVM ILLESCHAZY, NICOLAVM ZRYNI, STEPHANVM NADASDY, CHRISTOPHORVM BATTYANI, PETRVM FRANDCI PANEM, Comites: omnes olim de-capitatorum Viennæ, præter ILLESCAZIVM filios. Addebatur ADAMVS SZCZOBOR, MATTHIAS OSTIIOWICZ, IOANNES BONEZY; Ex familia KVBINIORVM quatuor Fratres. Sentyuani duo, DRASZKIEWICZ PETROCI &c. &c. Vnde formidoloso perstricti Banno, in pristinam relabuntur phænesim, si quando periculosa seueritate, flagitiosa conniuencia. Hinc partibus causæ odiorum irreconciliabiles, Polonis interim noxiæ, dum post annum laborem bello impensum, turbidior & damnosior hyems sequeretur. Vbiq; infesta omnia, quæcunq; ad viatum spectant, vltro suppeditari negabantur; rapere non impune licebat, Hungaris in pabulatores hoste peius seuentibus. Plane indolem Hunnorum, vnde origo genti monstrabant, nisi quæ agere ausi, etiam pati cogerentur. Nec solum per mappalia contumaces villani, etiam oppida quibus firmudo sua faciebat animos, portas clausere. Cassouia (Koszyce) imposito trium Millium præsidio audax, Catholicis Urbe electis, explosis tormentis, quid sentiret ostendit, in suggestas deinde turmas emissæ equitatū inuecta; vt tandem cædendum esset impossibilitati expugnandi, præsertim cum intensissimum gelu, non opera moliri, egerere cespitem, aut excitare suggestus permettere, infestissimo Anni tempore Præssouia, ubi subsistere REGI destinatum, aliquanto mitiora præsetulit, cœdo Tolpassorum præsi-

præsidio, mox similia vt prior præstit, in defensionem ipsa sibi
 sufficere ostendens. Non suasio non minæ valuere, quominus
 stabilioris in Cæsarem fidei haberí exemplum vellet, obstat per-
 uicax, ac dum loco dignoscendo sugrediuntur Poloni, emissis
 ab Urbe telis interempti aliqui, inter eos C H R I S T O P H O R U S
 M O D R Z E W S K I Tribunus Haliciensis, multa per stipendia eme-
 ritus, iam tum Cohortis Ductor, vitam posuit. Similiter apud
 Bardiuum cum Lithuania actum, nouum belli genus commen-
 tis Hungaros, non pugnando vincere, quippe latebris aut muris
 emissi, in non hostes inguebant: ex facili reparanda iniuria, si
 quos latibula aut mænia non tegebant agrestes, pari ferocia Po-
 loni securi voluissent. Melioris note Sabinouia, quæ metu an-
 R E G I A benignitatis fiduciâ dubium, imponi præsidium passa,
 Generali Denemarkio locum tutari suscipiente. Etiam Comes
 Humenaijus, ingenuè Vnguarum suum fidei Polonæ commisit,
 quo item missus V I L H E L M V S D O B S Z Y C Colonellus, additis
 Z A M O Y S C I I ac G N I N S C I I Palatinorum legionibus, etiam
 C H R I S T O P H O R O K I C H M E Y S T E R O legionis M I C H A E L I S
 W A R S Z Y C K I Ensiferi Regni Primi pilo. Alia parte Kiezmark
 titulo Comitatus Tokolorum insignitum oppidum, à legione
 L V B O M I R S C H I Mareschalli vi in ditionem coactum, ipso Diu-
 Catherine die. Actum de Chorago rebellionis credidilles, au-
 ta sede & hæredio eius intercepto, nisi ille Varadzyni interim
 subsisteret, à periculo remotus, eoq; magis sui securus. Etiam
 Leuocza aduersus Cæsarem peruicax, Germanicum cogentibus
 Polonis præsidium accipere necessum habuit, & certè vt pænam
 accepit, infestis nunc istis gentibus, quæ dudum sub vnius impe-
 rio coaluerant. Ac vt molesto lectorem exoluam tædio, ex
 Hungaria expedio calamum vt Poloni gradum. Quibus tamen
 iuxta peritorum iudicium, aut maturius exinde abeundum, aut
 diutius hic subsistendum erat; plus in Turcam terroris CÆSARI,
 minus nobis odij fuisset, & quæ in immeritos mordax est, suspi-
 cionis. Ergo fami & hyemi beneficium Hungari debuere, quod
 ni tempus impunè transmissâ contumaciâ; abibantq; domum Po-
 loni,

loni, Poloniæ pane, qui Cæsari meruerant refocillandi; vbi in Patriam ventum, ex aëris mutatione rursus de vita conficitati. Ut tamen abire non deserere Hungariam viderentur, reliæ apud Vnguarum xxiv. cohortes, totidem Lithuanorum cum PRAWSKI apud Bardiioum, possessioni & obsequio facilius pro CÆSARE retinendis.

Ad Cosacos redéo, germen quondam nostrum sed degener; nam & lolium tritico originem debet, & magnis vitijs ex virtute sed corrupta, semen est. Ut ut fuerit, eluunt nunc Patrum maculam posteri, incipiuntq; agnoscere postlimiaio Matrem, hactenus manu parricidâ oppugnatam. Olim sub VLADISLAO IV. arma in Turcam ferre vetiti, in Patriam vetterant, tandem meliori sidere recognoscentes, quem Venerari & quem odisse debeant. Mirum sanè, tacita quadam reuolutionis vi, Cosacos ad corpus Reip: tanquam membra redire, post exactos continuæ hostilitatis quinq; climacteres, nunc sextum fide & merito melioribus orditi. Lusum fortunæ aduerte; Florentem Poloniæ collidi Turcicæ potentiaz haud integrum erat, vt concussa glorioius insurgeret; & Nabuchodonosoris statua hæc, traditur non giganti configenda, sed pusillo. Imo Dei opus credi necessum! cui soli licet, tam in multis quam in paucis vincere. Ne manibus aut robori nostro debeamus, vix spiranti Polonæ plus in Barbaros licet, quam olim integra & florens sibi polliceti potuit. Siquidem notabilius operatur virtus per se agendo: & gloria multis parta minor est, vbi in plures diuiditur, vt flumen in torrentes deriuatum. Sed ex hoc diuerticulo in viam.

Maturuerant tandem Cosacorum Valachorumq; vota in hosticum ingruendi, omnesq; ne amplius sub duobus Dominis miseri essent, consenserant pro Stephano, contra Ducam pugnare; Isti, quinetiam Cosaci, hostes se professi sunt. Iunctis itaq; viribus in Bessarabiæ campos mouent, sub KVNICII imperio, inter se iurisurandi religione in obsequium militare adstricti. Operæ pretium puto situm Bessarabiæ, quæ recentioribus Moldauiaæ inferioris pars habetur, literaria periphrasí ex geographi- cis

cis delineationibus in paginam dare. Euxinus seu Ponticum mare, quod & nigrum, in gemina ad occasum procurrit brachia, quorum unum sinus Carcinitus, alterum Mæotis palus nominatur. Eo bifurcato sinu Chersonesus Taurica iacet; olim Genuensium Colonia, iam nunc Crimensis Scytharum Hani Sedes. Id mare, ingentia flumina subeunt, præcipue quibus à septemtrione decursus. Borysthenes, (Dniepr) Hyppanis (Boh) Tyras (Dniestr) Hierassus (Prut) usurpata Ptolomæo & Straboni nomina: à Moschorum ditione Tanais (Don) etiam Rha (Wołga) sed quæ immenso terrarum tractu circumacta, sece in Hiricanum mare exonerat. Quidquid autem inter decurrentia flumina latifundiorum, interiacet, id olim solitudo campestris, iam nunc Scythæ dum germina populosæ gentis Crimum non capit; sub diuersis nominibus infedere. Ac primo campos inter Hierassum Danubio mistum, & Tyram in Pontum se exonerantem, Budziacenses, dehinc Bialogrodenses occupant, Valachis finitimi, & sapientis hostes. Qui inter Tyram & Hypparum degunt, Oczacouientes vocantur: Apud influentem mari Borysthenem, Perecopenses confedere; qui apud Tanaim stabulati, Ozouientes vocari imos obtinuit. Sed Bialogrodenses, per vicinarum Regionum commercia exerciti, ac primæam gentis seritatem cum seculo deponentes, erectis villis mappalibusq; agriculturæ incumbunt, pingui gleba eius terræ illecti; vnde studij & Oeconomia Martem postponentes, paulatim atmis deluescunt, ab aratro magis quam equo cicures. In hos arma vettore placuit, iam quod vacuam defensore oram, pro comperto foret, vel iniecta spe reduces isthac ex Hungaria cum præda Scythas, excutiendi. Nam quantumuis collectitia in bello turba, alacritatem aut meritum iactat; reuera sine stipendio aut mercede vix induces, aut reges; facilius ostentatione prædæ alices, quò licito ex raptoribus quæstu, impensi sanguinis pretium maneat. Enimvero Cosaci ac Valachi à Soroca digressi; quæ Techinienfis tractus, citeriore Tyræ ripâ ad cognominem Vrbem ducit, prolixis itineribus contendere. Nec diu in controuerso fuit cui nondum

cendum foret, subito igne correptis mappalibus, igaoto locis
istis malo; nec fertum mitius egit, Vxoribus prolibusq; gentis,
promiscue trucidatis. Christiani per multi exempti seruituti, ac
pleraque mancipia quæ nondum characterem baptismi reiecerant;
libertati restituta. Bialogrodum inde Veteribus Monastrum,
Turcis Alkomar dictum, quod apud lacum Ouidij (de nomine
Romani illius, non magis Poetæ quam Exulis famosi nomen re-
tinet) celebre commercijs Ponti Emporium, ventum est. Hic
maiis hosti damnum, qui sub plaustris olim aut tentorijs vitam
ducens, iam nunc ligno aut cespite constructas domos, haud obi-
ter reparandas absumi, acriori sensu iniuriæ doleret. Bialogro-
dum tamen vim elusit, Turcarum præsidio firmum contra Co-
sacis quæ oppugnandis viribus faciunt parentibus. Sic ad ostia vsq;
Euxini, nullo resistente penetratū; gente illa circumcisit nationi-
bus, ex professo infesta, iam nūc in sui defensionem nihil valente.
Causæ suberant, cum Budžiacenses à Potocio in Wołhynia
fusi, subsidio à duobus Hanis sibi mutuo insensis destituerentur;
& Adzy Gereus ex Hungaria onusto agmine rediens, per diuer-
ticula Viarum Crimum abiret vitabundus, seu maioris potentiae
metu, seu partis manubij consulturus. Inter hæc euoluto No-
uembre affertur, quæ Turcas quæ Tartaros Oræ illi præfectos, ex-
pedito agmine superuenire qui suis tepentina hostilitate pressis
auxilium ferrent. Accipiunt læti Cosaci nuncium, partem me-
lioris sorris iudicantes, si prælio & vulneribus, non fatie aut
cæli iniurijs intereundum sit. Quippe improvidi futuri, reper-
tus pessum dederant commeatus, hinc inediæ obnoxij; nec diu-
tius trahi bellum poterat, sub ingruentem hyemem cælo asperri-
mo, niuibus maxime quæ ad genua usq; extarent terrâ inuoluta.
Ergo ipso Diuæ Barbaræ die apud Tylgrotinum infestis signis
concursum est; initumq; magno ardore certamen, cum vni parti
pro salute, pro patria ac penatibus alteri dimicandum esset. Res
experimento liquet, militem vernam in patria vitro fragiliorem,
si in hosticum ducis chalibe firmiorem apparere. Etiam hic
Cosaci, ut strenue pugnam inierant, eadem constantia sustinen-
do,

do, tandem in fugam hostes egere. Speciales eius prælij actus, haud perinde ut reliqua insero; nisi ex literis ipsiusmet KVNICII, ad REGEM scriptis, peculiare excerptū annectere visum. Quidquid apud Tebiniam ac Biatorodum hostilium virium ex Scythis Spabys, ac Ianczaris fuit, id omne cum duobus Kaymacanis seu Præsidibus sibi occurrisse, & postquam consertā manu pugnarant, tandem à Cosacis & Valachis in fugam disiectos. Tebiniensis ac Biatorodenensis Præfecti cœsi; ultra decem ex insignioribus Murzis capti; Alibeius Equitum Ductor, orto inter eos qui cuperant diffidio, interemptus. Hæc quia pro veris in Aula accepta fuere, hinc fiducia mihi Commentario inserendi; cui & laetus Nuncio REX, publicas Numini gratias, in Cathedrâl Diui Stanislai Basilica, pro ea Victoria se corâ peragi voluisse. Certè prodigo affine, hostem tam numerosum dispersisse, ne vno quidem ex Valachis aut Cosacis tantæ Victoriae impenso; cum ad quatuor milliaria camporum, suorum cadaveribus Scythæ vnde cunq; strauissent. Eius itaq; prælij prospe-rioris Triumpho, notabilem Victoriae Annū finiit Polonia, quod vno tenore, vt bellatum, vt triumphatum, iunctim inserui, haud interrumpendo narrationis filo. Evidem oras istas hostilitati subitæ vélut aperto ostio patuisse, ex dissensu Hanorum cre-dibile fuit; quorum exautorato priore, Wezyrus, Adzy Gereum recens in Taurica potiri rebus fecerat. Hinc mutuo infensi, dum alter ablatum imperiū recuperare, retinere alter satagit, discordia sua in rem nostrā operabantur. Quod si malis nostris sub rebellione creuerunt illi, opprobrio ac rapinis replete, iam nunc vicem reponente Fortunā, vbi se dat occasio, quidni simili arte aggrediamur? Ut verò ex antiquo Reges Poloniæ Tauricanis istis Præfectos seu Hanos dabant; ita nunc instituendorum aut pro lubitu amouendorum Turcius, aut licentiam usurpat. Redit mihi saepius in mentem, Astrologi nostratis in Calendario edito commonitio. Serpens nisi serpentem deuorauerit non poterit esse Draco. Reuera hic serpens in angulo illo Europæ nobilissimò latitans, vicinos infestus carpit, mancipijs conterminorum rem auget, sanguine nostro impinguatur; & Turcæ antecursor vel

protospatharius, nisi quis monstro caput elidit, aut accidit causa, in exitium Christianitatis Draco enasurus.

In adultum usq; Decembrem REX substitutat in Hungaria, mora suis exitiosâ, ne illis quidem quorum causa intererat hic substituisse, acceptabili. Namrum isti perfungi bello, REX defungi cupiebat; haud ignarus sopia in solidum Hungaricæ seditionis flammâ, non minus inde CÆSARI, quam & Poloniæ securitatis accessiarum. Quin etiam altiori indagine respondeant, palam erat, haud facile in eam belli molem consociandas iterum Christianorum. Vites, in tempus patta quiete resolutas; hosti interim resumendi animos spatium concedi & respirium. Sed necessitati parendum erat, diuertitq; per Scepsum REX, cui isthic obuiam progressa est REGINA; utrasq; de hinc Maestates feliciter reduces, exceptit Cracouia, die xxii. Decembri. Vrbs successibus bellorum lata, ac inde sui securior. Ingressus nihil notabile habuit, nubilo cælo, etiam Aulico Comitatu, in respirum magis quam pompa satagente. A porta Castrensi, recta in Arcem itum, ubi ANDREAS ZAŁYSKI Episcopus Kijoviensis Auunculo OLSZOWIO Regni olim Primate, in præsens solo titulo minor, facundiâ par, subenntem Basilicam REGEM, desertissimè salutavit, tot trophæa, ac lauros ad usq; solicitudinem Patriæ partos, eidem gratulatus. In Templo damnum ad cantum Ambrosiani Hymni, plusnè concentus an lachrymarum cum suspicijs fusum? præsentium est meminisse. Egerat olim ex hostibus Triumphos Polonia, insignes ac memorabiles, sed fructuosius nunquam vicit, in proprio solo & pane digladiando: iam nunc nouum & ratum triumphi genus, alijs benefaciendo sibi prodesse, ac versis peregrè armis ita circumferre bellum, vt tuam ipsius obsepias quietem. Solennia dehinc Natalitiorum Christi transacta, conuolante vndiq; Senatu, & vt quisq; Principis aut Patriæ studiosus, ad latus allabentibus. Videre erat, nihil insolens aut mutati cultus in R E G E, idem tenor, vt pridem adeundi, adeuntes excipiendi; patet potioribus intima admisso, Seruntur colloquia, & familiariter ad usq; festiujores iocos.

idem descenditur; vox resumuntur seria, instituuntur deliberationes, manet Senatus promendi vota libertas, obuius quisque adit voce aut libello Principem, & aures & manus patent, de finiturque spes postulantium prompto assensu, aut in dilata negatione. Sane multorum iudicio, antiquis equiparandum, saeculum quo vivimus. Post victoriam non mutari.

Affertur subhac HIERONYMVM SIENIAWSKI Palatinum Wołyniæ, Campestrem Exercitum Ducem, fato Lubowniæ functum. Medio ætatis vita abibat, saeculo Heros dignissimus; à prima adolescentia arma sectatus, per militiae munia creuit, ex Præfecto Excubiarum Regni, Vexillifer; tum Marschalcus Curiae; nouissime Campestris Dux creatus. E stirpe Leliutarum de Granow, quibus Maior Polonia vetusta sedes processit, maioribus anteaquo saeculo in Russiam digressis, ac cognomen à bonis Sieniawa desumentibus, patronymico nihilominus retento, quo à Granow GRANOWSKI dicebantur. Plurimos magnanimos Senatores Patria ex stirpe ea habuit, in qua non indignum notatu, ut plurimum à Parentibus unicos relinqui filios, quod si plures nascantur, ad unum deuolui patrimonij successionem, partim fato, partim naturæ singulitatem causante. Nec minus illud rarum, vix quemquam ex ea Domo sextum ætatis climaeterem attigisse, ne dum superuixisse: insuper ex bello reduces moti; nam & Pater Palatini, Campestris olim Exercitum Regni Notarius, post fortiter toleratam ad Zbarazium obsidionem, immatura morte vitam finiit, & Filius nunc, Christianè admodum militia perfunditus, in ipso Regni limite obit Lubowniæ, quæ Scopulij primaria vrbs, inter ipsa Carpatiarum Alpium claustra iacet. Enimvero exoluit naturæ debitum gloriouse inclitus Heros, & non ut ignavi solent, mortuus est; egregia sane tota victorijs immori, vita coronide.

Incertis autoribus sparsum rumorem, certior tunc firmavit relatio, supremum Ottomannici Imperij Wezirum Musztaffam, mandato Machometis IV. strangulatum. Genus illi ex Albania Virorum fortium altrice prouincia, & vnde eius, Monarchiæ potissima fulcra desumuntur. Apud Candiam specimen pugnacis

cis militis exhibuerat, animo æquè manu promptus, si cætera in eum modum adessent. Mehemeti Kioperli successor in dignitate Wezyri datus, ex vehementia animi placuit, politicis artibus nequaquam cōferendus. Ingenium tamen magni inter suos æstimatum, apud quos effera in quo scunq; rabies, pro virtute est. Profligato apud Viennam, opinio strenuitatis fatiscere cœpit; vbi constitit iterato apud Parkanum prælio folum, & res Turcarum ductu ipsius pessum ire, cum fortunæ vicissitudine, gratia Ottomanni stylum mutauit. Sed nihil magis disgratiæ auxit, quod quod ab Imperatore donarijs honoratus, ille vicissim Constantinopolim scriptitaret, aduersus Christianos molem belli, proprijs sumptibus sustinendum sibi, Cæsaris peculio intacto; vnde irritauit magis quam sopiauit Aulæ odia, accenditq; suspiciones, immensos sumptus & thesauros iactando, quibus Ottomannicam amplitudinem vnum Cæsaris sui mancipium iuuaret. Missa itaq; Belgradum atricolori serico inuolutâ schædulâ, confestim hominem mori iubebat; cui nihil reluctatus, vbi nouissima verba de cauenda sibi nuper Viennæ obsidione protulisset, obtorto colo, simul impræuiso iectu adacta in pectus sicca, à submissis lictoribus strangulatus occumbit. Laqueo & ferro simul perire, apud Turcas more recepto, præsertim vbi patratur Notabiliorum cædes, vt dum guttur neruo eliditur, exeunt animæ per rimam vulneris, honestior emigratio pateret. Incidit casus in ipsa Seruatoris nostri Natalitia, saeuam Herodem tollente Fato ante Diem Sanctorum Innocentum, sed quos infanticida iste, sine numero per ditiones Austriacas in antecessum intercremerit, sanè è tripo-de eruit Poëta.

Ad generum Cereris sine cede & sanguine rarus.

Descendit Wezer & sicca morte Tyranus.

Ac quia Princeps Dei imago est, non similitudine tantum ut omnes, sed quod magis communicatione potestatis: postquam redditæ quæ Numini debebantur gratiæ, etiam Vrbs Metropolis Cracouia, officiosa voluit esse in Regem, externo bello reducem triumpho exceptura. Ei in publicum exhibendo opportuñor visa dies, Diui Ioannis Euangelistæ; in quem vti cognominem

nem tutellaremq; peculiari REX propenderet deuotione. Sa-
cerorum causa adibat primarium Vrbis templum, quod Sanctæ
MARIAE in circulo dicitur; cum ex Consulum edicto, Urbanæ
tribus ac artificum collegia, in centurias ac ordines more militiæ
diuisæ, forum plateasq; oppleuere. Arma illis diuersa, hastæ,
bipennes, sclopi, enes; signa varijs characteribus interstincta,
habitus corporum pro diuersitate nationum multiformis, &
splendidus: licet si fædus imbre dies, ac densius frigus homines
pompæ intentos duriuscule affigeret. Sub hæc REX cum REGINA
cistro vescus, ex arce in Basilicam descendit, florentissimo
Senatus Aulicorumq; antegresso agmine. Vbi Clerus salutan-
di officia expleuerat, mox sacra succedebant, vastissimo templo
populi frequentia vsq; adeò oppleto, vt ne cum culcitella qui-
dem, orantis REGIS genibus substernenda, ephebus eluctari
potuerit. Post diuina deductas, in ædes Tyccii Ciuiis, Maiestates,
salutauit Vrbis nomine HYACINTVS ŁOPACKI Doctor, Medicus,
sedatè & eleganter, vti solet eruditus Senex: simulq; ad instru-
ctas dapsiliter mensas grati hospites accubuere. Soluto conui-
nijo Magistratus Fidissimæ Vrbis nomine petijt, vti debitum Victo-
rijs Regijs triumphum, aspicere Maiestates dignarentur. Quod
vt permisum REX ad fenestram quæ vndiq; aperiebat prospe-
ctum deflexit, sub primum noctis conticinium nobilis commenti
scenam visurus. Ordiebantur actum machinæ, missiles ignes,
artificiose è pyrobolis flammæ; maximo artis specimine, dum
sursum euolutæ, erudito in literas igne legendum exhibebant.

VIVAT IOANNES III. REX POLONIAE. Exstabantque hu-
manæ manus metheora in prima aeris regione legibilia, mediæ
horæ spatio. Nec minus spectatu egregia, terna in modum Ar-
cuum Triumphalium theatra, in quibus naturam propè accedens
humana solertia, Victorias REGIS ex Turea eo anno partas,
arte plastica ad imaginem duxit, illustrissimi Materiem argumen-
ti, velut epitome complexa districtim persequar, cum eiusmodi
actus apud externarum rerum scriptores, utramq; Historiæ pa-
ginam faciant; ad simplices Principum ingressus, pompas tri-
umphorum extendendo. Consecrabatur opus in eum modum.

IOAN.



IOANNI III.

à DEO DATO
REGI POLONIARVM
ORTHODOXO

MAGNO DVCI LITHVANIAE, &c. &c. &c.

Quod instinctu Diuinitatis, Mentis magnitudine,

Maximum Orbis Christiani hostem

Eiusq; potentiam & fastum, ad Viennam & Strygonium,
Iustis prostrauerit armis.

REGI SVO FORTISSIMO

PATRIÆ PATRI

FORTVNATISSIMO

Publicæ Quietis Fundatori Optimo.

S. P. Q. CRACOVIENSIS

E votis Omnia dedicauit.

IN eminentiore sex pedes à terra prominente theatro, super-
stabant ingens Colossus, in cuius crassiori coronide dorice elab-
orata, visebatur statua REGIS cataphracti, qualiter olim, dum
laurum quam aurum carius Roma aestimat, victores in Trium-
phum prodire solebant. Subsultabat secessori suo, in similirudi-
nem

nem veri effigies equus, & plane nisi res inanima esset, impatiens
freni ferociebat. Frontem ac tempora lauro redimitus R. E. x.
manu euaginatum eniem tenebat; cærulea à collo fluebat tænia,
circumquaq; sub pedibus substratis hostium signis. Infra ad styl-
lobatem, captiōrum Turcarum effigies, aspectu toruæ, vulu
pallentes, nisi quod nitidiore pro gentis more vestitu, conspici-
merebantur. Basim operis, lammata aut versus ingeniosi ope-
ruerant, extemporaneis conceptibus exercito Poetarum inge-
nio, quorum hic in Lycæo Cracoviensi, fertili campo uberrima
seges. In altero Theatro, paulo minori Colosso institut, Eque-
stris Principis IACOBI Statua, versa in meridiem facie, ac tan-
quam adhuc in inimicam gentem spirans minarum. Incitaba-
tur in cursum Equus, sessori coccinea tænia præcincto, germanic⁹
ad manum ensis, sub pedibus item diversi coloris vexilla lude-
bant in aëte. Suberat Sethinum Cuiitas auspicio. Principis ca-
pra, & ne quid insto belli experimento deeslet, etiam hic repu-
gnantes Turcæ promiscuis iætibus ex oppido iaculabantur: pars
latissimi spectaculi fuit, captiuos illos ut truces aut gemebundi,
reunientis post terga manibus vidisse. Etiam hic multa emblem-
atum elegantia legebatur adscripta; ut supra ætatem pugnoax
Princeps, patrasset ea, quæ honori Patriæ, hostium terrori, longe
positis admirationi essent. Certe artificium cum natura certa-
uit, persuadente visu haud diffona à vero aspici, quæ constans
fama rellationibus vulgauerat. Tertio inerat Theatro Vienna,
ingentis Draconis mole in obodium pressa. Addito disticho,

Faucibus immensis voluit sorbere VIENNA M.

Non potuit; pereat Turcicus ergo Draco.

Immane quantum ad viuum expreflerat plastes, eius bestiæ
effigiem. Diductum os flamas ructabat, scintillabant oculi,
projectum in ventrem guttur ad ingluviem patebat, horrebat
spiris, nitebat squamis dorsum, & vtroq; latere aliger Draco,
tortuosam caudam ori ingerens, ac si circulo Viennam compre-
hendebat. Superne expansis alis in aëte subsistebat Aquila, tri-
fulcum fulmen in Draconem iaculata, eo mox cælesti igne com-
burens.

burendum; nisi interueniens casus lætissimæ scœnæ tristem epilogum adtexuisse. Pro actu intermedio, liberator explodendis pyrobolis, addiderat somitem, cum duo ex istis fremere, mox violentia pyrij concuti, dein rumpi, ac in fragmenta dissilire; quæ in confertum populi agmen deuolantia, sex mortales interemerant, cum pluribus mutilatis, aut istuum vehementia obstupefactis. Quid mirum in bello perire homines, si ne triumphus quidem sine sanguine est. Ita Martis opera, raro mitiorem invsum traduxeris; & periculosa ex talibus voluptas venit, quæ nisi nocere sciunt. Neq; ædes in quibus subsistebat REX, à periculo immunes fuere, grandi æris frusto in parietem lapideæ impatto. Sic prosperis aduersa, lætis tragicæ, solatia doloribus finiuntur: tunc promiscua murmura aut clamores actum finiere. Nec iudicii finem expectauit REX statim in arem diuertens altiusq; infelicem casum reputans, præsertim quod farciendo rum ex arte pyrobolorum negotium, externis creditum esset.

Nec diu post abitum Regis cohortes Polonæ in Hungaria substitere; infesta vnde cunq; bruma, quæ in respitum fessis destinatur. Ergo necessitatí cedendo abierunt, tractu Scepusiensis in Poloniā, reuersasq; domum, Prouinciac Regni aluere, quæ per astatem CÆSARI militabant. Abeuntibus ingerere meritò liceat. Subitæ iniuncta pectora, Magnæ Matris limina, minus ingratiae valent; ingens virtuti præmium extat gloria. Hæ sint Regni nostri cornucopiæ, hoc in exhaustum pæna: Fama cumulari. Mæniant, narranda seris gesta nepotibus.

MILITIÆ POLONÆ.

Cuius arma SERENISSIMI IOANNIS III. POLONIA RVM REGIS Ductu publicam Europæ pacem, Consilia, Hungariæ salutem, Potentia, Austriae Libertatem, peperere; perenni famæ Sacrum esto. Faciet interim DEVS, ut quæ gentes seruitute contra fideles pugnant, ab alumna Libertatis Sarmatia, tandem sub iugum Christi mittantur. Ut sit unus Pastor & unum Ovile.

Etiam Roma Gentium olim, nunc Sacrorum Caput, ut ex bello timo-

Io timoris haud vacua , ita ex prospero Christianorum armorum successu, non sine sensu gaudij fuit : cum per strages & ruinas Regnum , nomen & vestigium Religionis nostræ tollere Barbarus decrevisset, adeò immanis bellua truculentis votis fræna laxauerat. Vbi vt causâ , ita armis præualuitus , cuncta per Italiam festis acclamationibus perlonuere. INNOCENTIUS XI. Pont. Max. Deo grates , REGI encomia , Exercitibus benedictionem tribuebat ; Vrbs Triumpho , ignibus , ac tormentorum boatu , in partem Victoriae venire testabatur. Eadem Sac. Rom. Ecc. Cardinalium propensio , & in pium bellum Principum gentis studia , eosq; profecta , vt in usum eius belli , nummariâ Collectâ institutâ , notabiles summas compoluerint , etiam aliqui mensarum utensilia ex argento , officinis subdita in nummos reduci fecerint. Idem inelitus Venetiarum Senatus præstítit , extemporanea Ouatione lœtum sibi rerum cuiusdem demonstrans. Verum optimè isti prospera accipiunt , qui ea primæ Causæ in acceptis referunt : nam successum Victoriae Numini tribuenres , eius sibi fructum humili recognitione diuturniore faciunt.

Vicisse Turcas , ad fortitudinem pleriq; retuleré , pietati tamendebitam victoriam palam constitit ; pro quâ vt nemo fortius . REGI Optimo egit , sic & Serenissima REGINA nemo reliquostus. Iuuabant quotidie Numini supplicantis Coniugis præcess manus Mariti ; nam dum in campo agit , etiam illa in Arenensis Carmeli adjitis , ad Aram illam , ante quam nemo vacuus rogauit , ad victoriam cooperabatur. Sed facesto citra finem breuitati imponere : non omnes REGI Virtutes in lucem produci amant , vt nec preciosiora Cimmelia quibuscumque monstrari. Sane mirum . Serenissimam REGINAM apud Nuncium Apostolicum motu proprio institisse , quatenus pro die duodecima Septembbris , publicæ Supplicationes per Vrbem , quales sub ferias Corporis Christi seruari mos , instituerentur , Paret pio intento Illustrissimus loci Episcopus IOANNES MAŁACHOWSKI , ipse que Ornatum Pontificio , circumfert Mysticum Christi Corpus processionaliter ; prodeunt quotquot in Vrbe Monachorum familiæ ,

liæ, validius prensando patrocinio Lipsana Sanctorum defentes. Claustris inclusæ Moniales, carceribus detenti, ex mortbo decumbentes, publicæ supplicationi, adfunt spiritu & votis: Vrbs quinimo bene magna & frequens, vniuersa se in Officium propitiandi Numinis impedit. Ab Arcis Templo descendente Baiulum Dei, comitatur ponè REGINA, manuduentibus NUNCIO Apostolico ac ANDREA ZALVSKI Episcopo Kiiouensi; ad latus procedit Regia Proles, pueriles cælo præces assundens, innocentia suâ gratiores; sequitur Senatus, SAPIEHA ac OGINSKI Lithuanici Exercitū Duces, præcipuis suorum comitati: dehinc Gynæcum, Aulæ Ministri, Nobilitas, populus deniq; vastissimo foro late circumfusus. Apud excitata per Circuitum fori altaria, cum Sacra Theca subsistitur, supplicatur, dein proceditur cum eo: Qui DEVS Exercituum, et si sub inuolucro Panis, habetur. Eodem die imo eodem instanti, ad Viennam pugnatur, collatis signis manus conféruntur, crux abunde funditur. Hic pro sanguine lachrimæ, pro machinis animorum spiria aut præces, vtrinq; in unum hostem duplex pugna, animalium aut armorum: Cracoviæ orationibus ad DEVM; ad Viennam pro DEO armatis legionibus configitur. Si quando tunc vere dici potuit. *Leuabat manus Moyses & cadebat Amalech.* Adorabatur Numen, succumbebat Turca; Cracoviæ in supplicationem verteabantur manus, in Austria stringebantur in pugnam. Sic est ambi dextrè vincere, nimirum pietate & fortitudine, imo potius à DEO incipere, quod mox armis prosperius perficias. Id pientissimæ REGINA debitum, id Præsuli Optimo cum Ioue & Rege manum mouentibus.

Finem imponit Commentario Elogiam REGI nostro inscriptum, quod quia breuitate concinum, veritate insigne, & Virtuti fauorable, pro Coro, nide scripti inferendum duxi.

IOAN-

IOANNI III.

P O L O N I A R V M

R E G I,

MAG: DVC: LITHV: &c. &c. &c.

Dominatione. Polonico, Lithuanico,
 Profligatione. Ottomannico, Turcico,
 Religione. Christianissimo
 Pietate. Catholico,
 Zelo. Apostolico.

Inter Duces præstantissimo. Inter Reges sapientissimo,
 Inter Imperatores, citra fabulas solo nomine territanti.

Cui

Gloria militaris Regnum peperit. Clementia stabiliuit.
 Meritum perennabit.

Qui

Raro probitatis & constantiae exemplo, propria deserens, aliena defendens.
 Docuit quo pacto Sacrosancta Fæderum iura
 Ineantur, perficiantur, teneantur.

Ottomannicam Lunam.

Fulgentissimo Crucis Vexillo, funestam Ecclipsim minitantem,
 Adeò fortiter prosperèq; è Christianorum finibus eliminavit
 Ut vnum idemq; fuerit.

Venit-

Venisse, Vidisse, Viciſſe,
Inter innumeros igitur Christiani Orbis plauſus,
Inter vindicatæ Religionis & Imperij lœtitiam,
Inter cruentatæ Lunæ extrema deliquia
Agnoscant præſentes. Fateantur Posteri.
Non tantum naſcenti Euangeliō quo promulgaretur
Sed promulgatum ne proſligaretur.
Vtrobiqui; Hominem fuisse miſum à DÉO
Cui Nomen erat,
I O A N N E S.

F I N I S.



Lectori beneuolo salutem.

PRæter destinationem meam euenit vt Com-
mentarius hic belli Turcici in lucem prodeat.
Differebam certè conscientia tenuitatis etiam ex-
eo, vt tempore quod veritatis mater est, Historia
ista matureretur. Ast grauium Virorum impulsu
cedendum fuit, qui vrgebant vt quantociùs prælo
comissa narratio ista, etiam in externas gentes,
nec sine Sarmaticæ gentis gloria, sese diffunderet.
Obtemperauit igitur; quia aliter non licebat: bre-
uius quidem quam pro rerum gestarum magnitudi-
ne, nec temporis tantùm superfuit, vt qualis qualis
partus elimatus prodiret. Te itaq; benignè Lector
exoratum velim, festinatæ breuitati parce, & er-
rata quæ passim occurrent, ad eum modum corri-
ge vt in calce operis videre licet. Interim vale
lætus, viue sanus, fruere benignus.

Erra.

(+) 86

Errata sic Corrige:

Fol. 15. Palisadas Lege Palisadas.	Fol. 71. intatæ L. iratæ.
Eodem tapingibus L. rapientibus.	Eod. suppeditat L. suppeditato.
F. 16. conualuere L. conuolauere.	Eod. indignam L. indignum.
F. 34. Capidum L. Lapidum.	Eod. reperius L. repensus.
F. 36. diuo L. Cliuo.	F. 73. soderatio L. sideratio.
F. eod. Typhuni L. Typhum.	Eod. superiori L. superiorem.
F. 38. recvntio L. redeuntis.	Eod. festis L. fessis.
Eod. maturescant L. maturescat.	F. 74. schat L. schut.
Eod. tridinijs L. triclinijs.	F. 76. durandis L. durandis.
Eod. iniqqos L. irriquois.	F. 79. Valachiam L. Valachum.
F. 41. confessio L. confosso.	F. 80. Regnis L. signis.
F. 48. suspicati L. suspicaci.	F. 81. captatum L. tentatum.
F. 5. e iurata L. eiurata.	Eod. fænumæ L. fæminaæ.
F. 51. asuescent L. asuissent.	Eod. mulctatis L. multatus.
F. 55. tentandam L. tentandas.	F. 83. effudendi L. offendendi.
F. 57. vrente L. vrgente.	Eod. Coſtitit L. Constitit.
F. 60. legionem L. legiones.	F. 87. Hyparum L. Hyppanim.
Eod. permiscentem L. permiscentia.	Eod. studij L. studijs.
F. 61. terna L. terra.	F. 88. reperens L. repertos.
Eod. sintres L. lintres.	Eod. quæ L. qui.
F. 62. fessam L. fossam.	F. 89. cui L. cum.
Eod. Mobilis L. Nobilis.	F. 96. subitæ L. subite.
F. 65. Possit L. poscit.	Eod. pæna L. pænu.
Eod. vocaret L. vacaret.	F. 98. Elogiam L. elegium.
F. 66. Masceldius L. Mansfeldius.	



Do 8r-22-

29

9926

